inopinabilitatem contingentem dicentibus formas medias esse inter sensibilia ⁊ formas abstractas ⁊ dicit ⁊ etiã si aliquis finxerit ⁊c.i.q sermoni eius contingunt multe questiones quas non potest dissoluere. ¶D.d. quoniam si alie substantie fuerint inter ⁊c.i. quoniam si forme medie fuerint inter formas abstractas et formas sensibiles: tunc corpus ⁊ superficies ⁊ linea ⁊ alia sdoz habebũt mathematicoz tres modos formarz.s.formas abstractas ⁊ sensibiles: ⁊ formas medias iter abstractas ⁊ sensibiles: erũt igit tres modi corporũ ⁊ tres modi superficierũ: ⁊ tres modi linearũ: ⁊ similiter de alijs generibus de quibus considerat mathematicus. ¶Deinde incepit dicere alia inopinabilia cõtingentia huic positioni: ⁊.d. si igitur scientia stellarum ⁊c.i.⁊ si ita sit ⁊ scia stellarum est de mathematicis scientijs: tunc erit hic aliud celum a celo sensibili: ⁊ alia luna: ⁊ alius sol: ⁊ sic est de alijs stellis ⁊ orbibus. ¶Et quia manifestum est per se q iste sermo est falsus. D. sed quomodo oportet credere ⁊c.i.q sermo eorũ esset credibilis si esset possibile vt celum quod fingunt abstractum esse immobile: ⁊ hoc non possunt dicere: quia ponunt celum abstractum conueniens cuz hoc celo nomine ⁊ diffõne: ⁊ abstractum non potest moueri. ¶Deinde dicit ⁊ similiter dicimus de rebus ⁊c.i.⁊ talia inopinabilia cõtingunt eis in scietijs aspectuis: et in scietijs musice scilicet in hoc q ponunt radios esse ⁊ sonos alios a sensibilibus. Impossibile est enim vt iste scientie considerent de alio aliquo nisi de istis sensibilibus. ¶Deinde dicit ⁊ dedit maximum impossibile cõtingens in hoc: quoniam si fuerint res sensibiles inter formas ⁊c.i.⁊ q hoc contingit eis: quia concedunt q mathematici cõsiderant de rebus sensibilibz: ⁊ ponunt q iste res sunt medie inter formas intellectas abstractas et formas sensibiles et generabiles et corruptibiles: vnde contingit eis sensibilia esse eterna alia a sensibilibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: ergo contingit sensus esse alios ab istis sensibus: et vt sint eterni. Sensus enim est in capitulo relationis: et si sunt sensus eterni: sunt etiam animalia eterna: necessario etiam hec inopinabilia contingunt istis.

Ω Scia stellarũ est ũ mathematicis scietijs. idem 12. met. 4-4.

Abstractũ nõ põt moueri.

Abstractũ nõ põt moueri.

Sensus ẽ i ca. relatiõis. Vide. 5. met. cõmẽ. 20.

¶Dubitabit autem aliquis et circa que existentium querere oportet has scientias. Nam si in hoc differt geometria a geodosia solum: quia hec quidem horum est que sentimus: illa vero non sensibilium. Palam quia ⁊ preter medicinalem ⁊ alia erit scientia: et preter vnamquamq; aliarum inter ipsam medicinalem ⁊ hanc medicinalem. Sed quomodo hoc possibile. Et enim salubria quedã vtiq; erunt preter sensibilia et ipsum etiã sanuz. Similiter autẽ nec hoc verum: quia geodosia sensibilium est magnitudinum et corruptibilium: Corrupta enim esset vtiq; corruptis. At vero nec sensibilium erit magnitudinum: nec circa celum hec astrologia. Nec enim sensibiles linee tales sunt quales dicit geometer. Nihil enim rectum sensibilium ita nec rotundum. Tangit enim regulam non secundum punctum circulus: sed vt Pythagoras ait geometras redarguens. Nec motus nec reuolutiones celi similes de quibus astrologia facit sermones: nec astris puncta naturam habent eandem.

UVA. BHSC. IyR_117

¶Et rectum est q aliquis querat questionem difficilem ⁊ dicat in quibus oportet querere istas scientias. Quoniam cum fuerit differentia inter geometriam ⁊ medicinam q vna earum est scientia media rerum sensibilium: ⁊ alia insensibilium: manifestum erit q erit alia ars medicine ab arte medicine sensibili: ⁊ erit alia medicina inter medicinam que est in formis: ⁊ hanc medicinam sensibilem. Et similiter de vnaquaq; aliarum scientiarum. Sed quomō potest esse hoc: quoniam si possibile fuerit vt medicina alia sit a medicina sensibili: ⁊ vt sit etiam agens sanitatem aliud ab agente sensibili. Necesse est vt sint res recipientes sanitatem alie a rebus sensibilibus: ⁊ vt sit etiam aliud principium a principio sensibili. Et cum hoc dicimus q sermo dicentium q medicina est scientia eorum corporum sensibilium corruptibilium nō est verus. Qm̄ si ita esset: tūc corrūperentur p corruptionē corruptibilium. Neq; enim scientia stellarum ⁊ celi istius est corporum sensibilium. Non enim sunt linee sensibiles sicut disponit geometer. Nulla enim res rerum sensibilium est linea recta aut rotunda: sicut dicit geometer. Circulus enim non tangit mensuram per punctum: sed per lineam: sicut dixit Pythagoras in sua redargutione contra geometras. Neq; motus celi ⁊ circulus eius sunt sicut disponit scientia stellarum. Neq; conueniunt puncta cum stellis in natura.

8 ¶Et rectum est ⁊c. in hoc cap. inducit rationes cōtrarias in hac questione dicente q mathematici considerant de natura media. ¶Et. d. in quibus rebus oportet querere ⁊c. i. perscrutandum est que sunt subiecta istarum scientiarum de quibus considerant mathematici. Secundum enim sermonem dicentium q considerant de natura media: apparet q necesse est vt cōsideratio de eodem sit in diuersis subiectis. ¶D. d. quoniam si differentia inter geometriam ⁊c. i. quoniam ⁊ cum fuerit positum q differentia inter scientiam considerantem de rebus sensibilibus: ⁊ inter considerantem in istis rebus mathematicis est q cōsiderans in mathematicis in istis rebus considerat de natura media inter sensibilia ⁊ formas: continget necessario vt cōsideratio de oi sensibili sit duplex scz cōsideratio in nā sensibilis scōm q est sensibile: et ꝓsideratio in nā medij inter formas ⁊ sensibilia. Omne igitur sensibile habebit duas naturas scilicet naturā sensibilem ⁊ naturā mediam: et sic erit ars medicine alia a medicina sensibili. ¶D. d. sed quomō potest hoc esse ⁊c. ⁊ continget huic positioni scilicet si fuerit hec medicina sensibilis alia ab ista medicina vt sint hę medicine recipientes sanitatem alie ab istis medicinis sensibilibus: ⁊ vt sit hoc agens sanitatem aliud ab agente sensibili.

9 ¶Et cum induxit inopinabilia contingentia huic opinioni: incepit etiam inducere rōnes mouentes eos ad dicendum naturam mediam esse: ⁊. d. et cum hoc dicimus etiam q sermo dicentium ⁊c. i. si cū hoc inuenimus etiā quasdam rationes ex quibus pendent dicentes naturas medias esse. ¶. g. qm̄ si scia mathematicorum considerat de rebus sensibilibus generabilibꝫ ⁊ corruptibilibus: tunc scia eorum corrumpetur cum corruptione illarum rerū sensibiliū. sed nos videmus sciam permanere ⁊ non transmutari cum hoc quod

UVA. BHSC. IyR_117

hoc qđ est in rebus sensibilibus: ergo necesse est vt sit rerum non transmutabilium. ¶D.d. necꝫ etiam scientia ꝛc. i. necꝫ etiam scientia formarũ orbium ꝛ motuum stellarum, est istorum corporum sensibilium. Circuli enim quibus vtitur astrologus ꝛ linee non sunt linee sensibiles: remanet igitur aut vt illi circuli de quibus considerat astrologus sint ficti: aut falli aut habeant esse aliud ab esse rerum sensibilium. ¶D.d. sicut ponit geometer ꝛc. deest ꝛ existimabitur ꝙ subiectum de quo considerat mathematicus nõ est rerum sensibilium, quoniam illud quod demonstratur in scientia mathematicorum non est verum in rebus sensibilibus. U.g. ꝙ linea recta non tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis non inuenitur in sensibilibus sm ꝙ ponit mathematicus. Geometer enim demonstrat ꝙ linea recta tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in linea. Et similiter: ponit quod sphera tãgit superficies in puncto: sed sphera sensibilis non tangit superficiem sensibilem nisi in superficie: ꝛ ideo Pythagoras sophista redarguebat Geometras: ꝛ dixit ꝙ scientia eorum est falsa propter hoc quod accidit eis. Remanet igitur alterum duorum: aut enim iste scientie sunt false: aut subiecta earum sunt res insensibiles. ¶Deinde. d. necꝫ motus celi ꝛc. deest ꝛ affirmat opinionem dicentium subiectum scientiarum mathematicarum esse aliud a rebus sensibilibus: hoc est ꝙ motus celi ꝛ circuli eius non conueniunt cum motibus quos ponit astrologus loco istorum: necꝫ nature stellarum sunt nature punctorũ: que Astrologus ponit loco stellarũ.

O Geometer infat ꝙ linea recta tãgit circulũ i pũcto: sed linea sensibilis nõ tãgit circulũ sensibilẽ nisi in linea. Consile prio celi. q. 32. Et. 5. phy. 2. 39. Et 3. de anima tex. cõ. 13.

¶Sunt autem ꝛ aliqui qui dicunt esse quidem intermedia hec inter species ꝛ sensibilia: non tamen sine sensibilibus: sed in his quibus accidentia impossibilia omnia quidem pluris est orationis pertransire. Sufficit autem ꝛ talia speculari. Non.n. in talibus congruum est habere sic solum: sed palam quia ꝛ spẽs cõtingit in sensibilibus esse: eiusdem enim rationis vtraꝫ hec sũt. amplius autem duo solida in eodem necesse est esse loco: ꝛ non esse immobilia in motis existentia sensibilibus. Totaliter aũt cuius causa quis ponet vtiꝫ esse quidem ipsa esse aũt in sensibilibus. Eadem enim contingent inconuenientia eis que predicta sunt. Erit enim aliquod celum preter celũ: nõ non extra: sz in eodez loco: quod magis est impossibile. De his ergo dubitatio mꝛta quo modo oportet positum habere veritatem.

¶Et fingunt quidam ꝙ ista que dicuntur esse inter formas et sensibilia habent esse: sed non sunt separata a sensibilibus: immo sunt in sensibilibus. Cum igitur voluerimus numerare ostia impossibilia contingentia sermonibus illorũ indigebim⁹ multis sermonibus. Sed contenti sumus in hoc quod diximus. Non enim est necesse vt ista media sint in sensibilibus tantum: sed manifestum est ꝙ si fuerit possibile vt ista media sint in sensibilib⁹: pole etiam erit vt forme sint in sensibilibus. Sermo enim de formis et mediis est idem. Et etiam si ita sit continget duo corpora esse in eodem loco: aut vt sint media immobilia in sensibilibus mobilibus; Et dicimus vniuersaliter propter quam causam fingit aliqs hec media esse: ꝛ esse in sensibilibus. Et cum hoc quod diximus

UVA. BHSC. IyR_117

quod contingit sermonibus istorum: accidit etiam eis aliud impossibile. s. vt celum sit aliud ab hoc celo: non separatum ab eo sed cum eo in eodem loco. ⁊ hoc difficile potest esse magis eo qō dixim⁹. Ista igitur sunt valde difficilia in comprehendendo veritates eorum.

9 ¶Et fingunt quidam ⁊c. i. quidam fingunt formas medias esse nō abstractas: sicut predicta secta dicebat formas medias esse non abstractas ſ3 existentes in sensibilibus. ¶D. d. sed si voluerimus ⁊c. idest sed si voluerimus dicere omnia impossibilia contingentia istis prolongabit̄ ꝓmo: sed ꝓtenti erimus in hoc quod sufficit in destructione eorum. D. d. non est enim necesse vt hec media ⁊c. idest ⁊ primum impossibilium contingentium est qō si fuerit possibile vt forme medie sint in sensibilibus: non solummodo erit necesse vt iste sole sint in sensibilibus: sed etiam vt forme sint in sensibilib⁹ vtreq; enim sunt eterne nō generabiles: neq; corruptibiles: ⁊ sermo de his est idem. ¶D. d. ⁊ etiam si ita fuerit contingeret vt duo corpora ⁊c. idest corpus sensibile ⁊ corpus medium sint in eodem loco. D. d. ⁊ vt sint media: et contingit ex positione mediarum formaruꝫ in materijs vt immobilia sint in rebus mobilibus: quod est valde inopinabile. Et contingit hoc: quoniā illud quod est abstractum est immobile. ¶Et. d. d. ⁊ dicimus vniuersaliter ⁊c. idest ⁊ etiam dicens hunc sermonem non potest inuenire causaꝫ per quam fingat formas medias esse: ⁊ quod debet esse in corporibus sensibilibus: ponere enim eas transmutabiles contradicit positioni earum in re transmutabili. D. d. ⁊ cum hoc quod diximus ⁊c. i. q; contingeret dicentibus hoc vt duo celi sint insimul in eodem loco. ⁊. d. q; difficilius potest esse quā predicta: innuit enim impossibilia contingentia dicentibus illas formas esse abstractas ⁊ non in sensibilibus. D. d. ille igitur res sunt valde difficiles: ⁊ intendit istam questionem ⁊ alias.

¶Et de principijs vtrum oportet genera elementa: ⁊ principia ſuscipere. Aut magis ex quibus cum insimul est vnumquodq; primis: vt vocis principia ⁊ elementa videntur esse; ea ex quib⁹ componuntur voces omnes primis: sed non commune vox. Et diagramatum ea dicimus elementa: quorum demonstrationes ſña ꝓncipia sunt specierū. insunt in aliorum demonstrationibus: aut omnium aut plurimorum. Amplius autem corporum qui dicunt esse plura elementa et qui vnum: ex quibus componuntur ⁊ constant principia esse dicunt: vt Empe. ignem: ⁊ aquam: ⁊ que cum his: hec elementa Diffō data p̄ genꝰ cālia a diffōe data p̄mām Idē .j. hꝰ cō. 17. ⁊ q̄ p̄ ibi. Utrū gña ⁊ spēs sint dicit esse ex quib⁹ sunt entia inexistētibus. Sz nō vt genera dicit ea eorū que sunt. Et adhuc autem ⁊ alioꝝ si quis vult naturā speculari: vt lectus ex quibus partibus est: ⁊ quomō cōposit⁹ tūc cognoscet eius naturā. Ex quib⁹ quidē igit̄ rōnibus nō vtiq; erūt principia genera existētiū hec sunt. Inquātum em̄ cognoscimus vnūquodq; p diffōnes: principia aūt diffōnū sunt ipsa gña: necesse ⁊ diffinitorū principia genera esse. Et si est eoꝝ que sunt accipere sciam: specierū sciam accipere: ꝑm quas dīr entia. Species aūt principia genera sunt. Vident aūt quidā dicētiū elemēta existētium vnū; aut ens: aut magnū: aut paruū: vt generibus

UVA. BHSC. IyR_117

eis vti. ¶ At vero neq; vtrobiq; possibile dicere principia. Ratio namq; substantie est vna: diuersa vero erit que est per genera diffinitio: z que dicit ex quibus est inexistentibus. ¶ Adhuc autem si ḡmaxime principia genera sunt: que oportet existimare prima generum principia: aut vltima predicta de indiuiduis. Et enim hoc dubitationem habet. Nam si qua vniuersalia sunt magis principia: palam quia suprema generum. Hec namq; dicuntur de omnibus. Tot ergo erunt entium principia quot genera prima. Quare erunt ens z vnum principia z substantie. Hec nāq; de omnibus maxime dicunt existētibus. Non est aūt possibile genus exīstiū vnū esse: neq; vnū: neq; ens. Nam necesse dstas cuiuslibet generis eē: z vnam eē quālibet. Impossibile aūt predicari: aut species generis de propijs differētijs: aut genus sine suis spēbus. Quare si est vnū genus. aut ens: nulla dsia: nec vnū: nec ens erit. At ꝙ si nō ens z vnū gnia: nec p̄ncipia erunt si principia genera.

magis principia. Ex ō sumi solet genꝰ p se nō p̄dicari de dsiis.

¶ Et difficultas est etiam in cognitione principiorum. Perscrutandum est. n. vtrum existimādum sit q elemēta z principia sunt genera: aut sunt illa ex q̄bus fiunt oīa. V.g. vtrum elemēta vocis z principia eius sunt ista ex quibus cōponunt oēs voces: aut sūt voces vltes. Et vtrū elemēta propositionum sint ppositiones: q̄rum demonstratio hz esse cuz demonstratiōe aliarū ppositionū: aut elementa eorum est demonstratio que est omniuz propositionum aut plurīū. Et etiam qui dicūt. s. qui fingūt q elemēta sunt plura: z qui fingunt elemēta esse vnū. dicūt q principia corporū sunt ea ex q̄bus cōponunt z constituuntur: sicut dicit Empedo. Fingit. n. q elementa sint aqua z ignis nō vniuersalia eoruz. Et q̄ composita sunt ex eis. Sed nō dicit q ista elementa sunt sicut genera entium. Et cum hoc si aliquis voluerit scire naturas rerū debet perscrutari ex quibus componuntur. V.g. si aliquis voluerit scire naturam lecti perscrutabitur ex quibus componitur lectus. Cum igitur sciuerit ex quibus partibus componitur: z quo modo constituitur: tūc sciet naturam eius. Ex istis igitur sermonibus declarabitur q genera entium non sunt principia. Si aūt scimus omnia ex diffōnib⁹: tunc necesse est vt gnia sint p̄ncipia rerum diffinibiliū. Et si pōle est vt entia cognoscantur per formas p quas disponunt entia: z genera sunt p̄ncipia formarum: tunc genera erunt p̄ncipia scientie entium. Et quidam eorū q̄ fingunt q elemēta entium sunt vnū z ens: z magnū z puū: faciunt ea q̄si genera. Sed impōle est vt p̄ncipia dicantur duobus modis. diffinitio. n. substātie est eadē. Et si fuerit dictū q p̄ncipia sunt duobus modis: cōtinget vt diffinitio q̄ est ex generib⁹ sit alia a diffō ne que diffinit rem ex rebus ex quibus est: z sunt in diffinitione eius. Et cum hoc dicamus q si genera sint principia conside-

UVA. BHSC. IyR_117

randum est que genera sunt principia: vtrum prima: aut vltima qui numerantur numero. Habet. n. dubium. Cm si vlia sunt magis prima q alia: manifestum est q principia sunt genera altissima. Hec enim genera conueniunt idest vnuoce dicuntur de omnibus qui sunt sub eis. Numerus igitur principioꝝ entium erit ꝑm numerū primorum generū. Et erunt vnum ⁊ ens principia ⁊ substantie entiū. Hec. n. in maiori parte dñr de omnibus entibus. Et impossibile est vt genus entiū sit vnū aut ens. Dsie vero oim generum rerum habent esse necessario. Et omnis dsie est vna numero. Impossibile est vt forme predicētur, de genere. neq; de differentijs propijs: neq; genus predicatur nisi de formis que sunt ei. Manifestum est igitur quod si vnum et ens sunt genera: non necesse est vt aliqua differentia sint vnum et ens. Sed si vnum ⁊ ens non fuerint genera non erunt principia: cum principia sint genera.

10 Et in cognitione principioꝝ ⁊c. idest ⁊ in cognitione principioꝝ ē qō difficilis. s. vtrum principia ⁊ elementa rerum sint genera ⁊ vniuersalia eorum: aut sunt cause indiuiduales ex quibus constituuntur res pticulares q̄ sunt in illis generib⁹ nō vlia gña illarum cāꝝ. U. g. vt elemēta dictionuꝫ sunt litere indiuiduales. s. voces audibiles que dñr lre ex q̄b⁹ cōstituunt dictiones aut vox vlis: ⁊ litera vlis que est quasi genus istaꝝ. D. d. ⁊ vtrum elementa ꝓpōnum ⁊c. i. ⁊ similiter q̄rit ēt vtrum principia ꝓpōnū sint ꝓpōnes particulares q̄bus vtunt in vnaquaq; demōne: aut demōstrō simplr vniuersalis que est ex propōnibus vlibus. D. incepit dicere dicentes principia esse particularia: non vniuersalia, ⁊. d. ⁊ etiam qui fingunt ⁊c. i. q̄ anti qui fingentes elemēta esse plura: ⁊ fingentes elementum ēt esse vnū: opinati sunt principia esse indiuidualia: ex quib⁹ ꝓstituunt sensibilia vt Empe. qui fingit q̄ elementa compositorum sunt aqua ⁊ ignis: ⁊ aer: ⁊ terra. s. ista indiuidualia non vlia eorum. U. g. corpus: ⁊ q̄ oia cōposita indiuidualia ex istis componuntur ⁊ per ea constituunt: ⁊ nō opinant q̄ gña istoꝝ aut vlia eorum intellecta sunt elementa vlia. Et hoc intēdebat cum. d. ⁊ nō dicit q̄ ista elemēta ⁊c. i. sed nō dicit q̄ ista sunt elementa: sed q̄ sunt quasi genus omnium generabiliu̇m. Et cum. d. istos dicentes q̄ principia sunt principia singularia non vniuersalia: incepit dicere etiam rationes eorū: ⁊. d. ⁊ cum hoc si aliquis voluerit ⁊c. idest ⁊ ratiocinando dicentium singularia esse principia non intellecta: ⁊ q̄ si aliquis voluerit scire quid est lectus perscrutabitur de his de quibus componitur lectus. cum enim sciuerit ea ex quibus componitur: ⁊ quomodo componitur statim sciet naturā lecti. Deinde. d. ex istis ergo sermonibus ⁊c. i. ex istis igitur ratiocinationibus et eis similibus apparet quod vniuersalia rerum non sunt principia earum.

Deinde incepit etiam dicere ratiocinationes inducentes vniuersalia ēe principia: ⁊. d. si autem scimus omnia ex diffinitionibus ⁊c. idest ⁊ ista ratio est sufficiens etiam: quoniam cum fuerit positum q̄ scientia rerum est per diffinitiones earum: ⁊ fuerit positum q̄ diffinitiōes sciuntur per genera: manifestum est q̄ contingit ex hoc q̄ scientia rerum fit per genera earum: ⁊ cum coniungetur ei q̄ scientia rei est per principia eius concludetur ex hoc q̄ genera rerum sunt principia. D. d. ⁊ q̄ impossibile est vt entia ⁊c. idest ⁊ iste sermo est manifestus. quoniam cum fuerit positum quod

UVA. BHSC. IyR_117

entia cognoscuntur per suas formas per quas disponuntur secundum q̄d et fuerit positum q̄ genera sunt principia istarum formarum: concludetur q̄ entia cognoscuntur per sua genera. Et cum coniungetur huic q̄ ea per que cognoscuntur res sunt principia earum concludetur q̄ genera q̄ sunt principia cognitionis non sunt principia essendi. ¶D.d.t quidam eorum qui fingunt ꝛc. idest q̄ dicentes genera faciunt ea que sunt eis: sicut vnus et ens: t magnum t paruum: vniuersaliter genera que dicuntur vniuoce eē principia. t.d. hoc videtur: quia quidam istorum non ponunt genera esse principia nisi ea que dicuntur vniuoce. ¶D.d. sed impossibile est vt principia ꝛc. idest. t impossibile est congregare idest facere conuenire istos sermones sibi contradicentes ita q̄ principia inueniantur duobus modis insimul. principia eñ sūt substātie t substantia est vna natura. Uniuersale autem t individuale sunt due nature. hoc enim intellectum: hoc autem sensibile. ¶D.d.t si dictum fuit ꝛc. idest t contingit vt diffinitiones principiorum diuersificentur: diffinitio enim principiorum secundum q̄ principia sunt genera t vniuersalia: est alia diffinitione eorum secundum q̄ sūt partes rei diffinibilis. ¶Et cum dedit dubitationes contingentes ponentibus principia esse aut non esse genera: incepit dicere etiam difficultatez contingentem in positione eorum essendi genera: t.d.t cum hoc si fuerint genera principia ꝛc. idest t cum hoc si concesserimus q̄ genera sunt principia nascetur hic locus perscrutationis t difficultatis scilicet vtrum principia sint altissima genera scilicet generalissima: aut vltima que diuidūntur in individua scilicet specialissima. D.d. habet enim dubiū ꝛc. idest quoniam si principia generum sunt magis prima genera: necesse est vt genera generalissima sint principia: cum principia genez sunt genera generalissima. Ista enim genera predicantur de omnibus que sunt sub eis vniuoce idest secundum quid. D.d.t erunt vnum t ens principia idest. t contingit secundum hoc vt vnum t ens sint principia entium. Ista enim sunt vniuersaliora generum que predicantur de omnibus secundum conuenientiam. ¶D.d. sed impossibile est vt genus entium ꝛc. idest sed impossibile ē vnum t ens sint genera omnium rerum. Sunt. n. genera altissima quoz neutrum collocatur sub altero: t vtrumq; habet differentiam vnam ppriā absq; eo q̄ conueniunt in vnam naturam. hoc nomen ens igitur ens dictum de eis non notificat de eis vnam naturam cum nature eorum sint diuerse. D.d.t impossibile est vt genus predicetur de formis ꝛc. idest t impossibile est vt aliquid predicetur predicatione generis de rebus habentibus formas diuersas que non communicant in vna forma numero: sz genus non predicatur nisi de formis que communicant numero. ¶Deinde d. manifestum est igitur q̄ si vnum t ens ꝛc. idest q̄ si vnum t ens fuerunt genera vniuersalia decem predicamentis. s. q̄ dicantur de eis vniuoce: necesse esset vt intellecta non haberent differentias quibus differrent abinuicem in omnibus suis naturis: adeo q̄ natura substantie t qualitatis sit eadem. Deinde. d. sed si vnum t ens non sunt genera ꝛc. idest t hoc etiam cōtingit eis si vnum t ens non fuerint genera ꝛc. idest sed continget istis si vnum t ens non fuerint genera q̄ vnum t ens non sint principia: ponunt enim quod principia sunt genera. t hoc etiam continget fingentibꝰ q̄ principia sunt vnum t ens.

¶Amplius autem intermedia t coaccepta cum differentijs erūt genera vsq; ad individua. Hunc autem hec quidem videntur eē illa vero non videntur. Adhuc autem magis differentie sunt p̄n

Rule t individuale sunt due nāe: hoc intellectuz hoc āt sensibile.

a hoc nomē ens dictū ō decē p̄dicamēt; nō notificat de eis vnā nāz:

S cū nāe eorū sint diuerse. Ja 10.m.c.8. Ja.12.m. 19.t.2-. 2.et.1.ph. 13. Et.4 me.2.t1 p̄ dicamēt;

UVA. BHSC. IyR_117

cipia ꝙ genera. Si autem ⁊ hec principia: infinita vt ita dicatur erunt principia. Aliter ⁊ si quis primum: genus principiuꝫ ponat

Oē idiuisibile aut est ꝼz quātitatē aut ꝼz spēm.

T at vero ⁊ si magis principij speciem habens est vnum: vnum autem indiuisibile est. Indiuisibile vero omne: aut secundum quantitatem: aut secundum speciem. Prius autem quod ꝼm speciem. Genera vero diuisibilia in species. Magis vtiq; vnum vltimum erit predicatum. Non enim est genus homo aliquorum hominuꝫ Amplius in quibus prius ⁊ posterius est: non est possibile in his aliquid esse preter ipsa. Vt si prima numerorum est dualitas non erit numerus aliquis preter species numerorum. Similiter autez nec figura aliqua preter species figurarum. Si autem non horuꝫ sola aliquorum erunt genera preter species. Horuꝫ enim maxime genera esse videntur. Jn indiuiduis vero non est hoc prius ⁊ illud posterius. Amplius vbi hoc quidem melius: illud vero vtiq; semper quidem est melius prius. Quare nec horum erit vtiq; genus. Ex his quidem igitur eo que de indiuiduis predicantur magis ꝙ genera: principia esse videntur. Jterum autem quomodo oportet hec existimare principia non facile dicere. Principium enim ⁊ causam oportet esse: preter res quarum principium est: et possibile ab eis separatum esse. Tale vero aliquid preter singularia esse propter quod vtiq; aliquis suscipit: nisi quia vniuersaliter ⁊ de omnibus predicatur. at vero si propter hoc. Magis vniuersalia magis ponēda sunt principia. Quare principia prima erunt genera.

U Jn indiuiduis nō ē hoc prius ⁊ illud posterius.

¶ Et etiam perscrutandum est de eis que sciuntur cum differentijs: ⁊ sunt inter altissimum genus ⁊ individua vtruꝫ sint genera Aut existimatur ꝙ quedam sunt genera: ⁊ quedam non. Et cum hoc vtrum differentie sunt magis prime ꝙ genera. Si.n. differētie fuerint p̄ncipia: erunt p̄ncipia secundum hunc sermonem infinita. Et iste sermo non contingit dicentibus ꝙ principia sunt prima genera. Et etiam si vnum est magis primum ꝙ aliud: ⁊ vnuꝫ est indiuisibile. Et omne diuisibile diuiditur: aut secundū quantitatem: aut ꝼm formam. Et quod diuiditur ꝼm quātitatem est ante illud quod ꝼm formam diuiditur. Et genera ꝼm formam diuiduntur. Et forma ꝼm quantitatem. Erit igitur vnum predicabile postremum magis vnum ꝙ aliud. Homo enim non est magis cuiuslibet hominum. Et etiam dicamus ꝙ generibus rerum habentium primum ⁊ ante impossibile est vt sit aliud: nisi forme illarum rerum. V.g. ꝙ si primus numerorum est dualitas: tunc numerus nihil aliud est ꝙ forme numerorum. Et similiter nulla figura est nisi forma figuraruꝫ. Et si ita est tunc genera nihil aliud erunt nisi forme eorum. Existimabitur enim in maiori quod genera sunt forme. Jndividua autem non sunt ante adinuicem. Et

UVA. BHSC. IyR_117

etiam ea quorum quedam sunt nobiliora ⁊ quedam viliora semper nobilius est ante vilius. Manifestum est igitur ꝙ genus nō est primum secundum hanc intentionem etiam. Imo declaratur nobis ex istis intentionibus quod predicabilia de individuis sunt principia generū. Et etiam dicamus quomodo oportet existimare quod iste forme sint principia. Iste enim sermo non est facilis. Primum enim et causa debet esse aliud ab eis quorum est primum et causa: et vt habeant essentiam quando fuerint separata a rebus. Sed quomodo potest aliquis existimare aliquod tale preter genus vniuersale predicabile de omnibus. Si igitur rectum est dicere quod vniuersalia sunt principia quia sunt vniuersalia: tunc necesse est vt principia sint ea que sunt magis vniuersalia ꝯ forme. Et ꝑm hoc erunt principia genera prima.

¶Cum induxit sermones probantes ꝙ vniuersalia sunt principia: et contradicentes illis. s. ꝙ particularia sunt principia: vult modo perscrutari de vniuersalibus que sunt inter generalissimum ⁊ individua: vtrum sint gña aut non: cuz illi qui ponunt vniuersalia esse principia: non ponunt esse ea nisi ꝑm ꝙ sunt genera. ¶Et. d. ⁊ etiā perscrutandum est. ⁊c. ⁊. d. in istis medijs ꝙ sunt illa que cognoscuntur cum differentijs: quia genus altissimuz est simplex: ⁊ illa media sunt composita ex genere superiori ⁊ ex differentia per quam diuiditur istud genus. Sunt igitur sicut. d. cognita cum differentijs. idest cum differentijs adiunctis cum eis: ⁊ perscrutatur vtrum omnia sint genera: aut quedam. ¶Et dicit hoc quia species specialissima non est genus. Et incepit in hac perscrutatione perscrutari vtrum differentie sunt magis principia ꝯ genera: aut econuerso. Iste enim media componuntur ex generibus ⁊ differentijs. Si igitur differentie sint priores generibus tūc ista media erunt priora altissimo genere: ⁊ quanto genus fuerit magis cōpositum differentijs: tanto magis primū erit. Si autez genus fuerit prius differentia erit econuerso: et dicit quoniam si differentie fuerint principia erunt ꝑm hoc principia infinita. ¶Et potest intelligi ꝙ non habebim⁹ viam ad numerandum principia: ⁊ sic erunt ignota apud nos: differentie enim licet non possint numerari a nobis: tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. ¶Et forte posuit ea infinita secundum ꝙ est famosum scilicet. a sermo enim eius in hoc loco est ꝑm probabilitatem hominum. ¶Et forte intelligit ꝙ si fuerit positum ꝙ illud quod est magis particulare est magis principium ꝯ vniuersale: cōtinget vt forme individuorum sint principia: et sic principia erunt infinita. ¶Deinde dicit ⁊ iste sermo sequitur dicentes ꝙ principia sunt genera: ita inuenitur in exemplari ⁊ forte diminuitur ibi hec particula non: ⁊ tunc sermo erit ꝑm suum manifestum. Et si exemplar est verum debet tunc legi sic: et, istum sermonem sequuntur dicentes ꝙ principia sunt genera: ⁊ sustentatur super hanc questionem: quoniam cum principia fuerint finita: et differentie fuerint infinite: ⁊ genera fuerint finita: continget ei necessario vt principia sint genera. ¶Deinduxit rationem dicentium ꝙ differentie sunt magis principia ꝯ prima genera: ⁊. dicit ⁊ etiam si vnum est magis primum ⁊c. i. ꝙ illud quod diuiditur ꝑm formā ⁊ est primū genus diuiditur in aliquid qđ est vnum ꝓz formam: ⁊ vnum ꝑm formā peruenit diuisio in eo ad vnum fm quātitatez: id eo illud qđ est indiuisibile fm quātitatem est magis vnum ꝯ illud quod

II

X

Gen⁹ gña lissimū est simplex: ⁊ gña alterna sūt cōposita.

Die rex lz nō possint nūcrari a nobis: tñ nō dubitam⁹ eas esse finitas apud naturam. a Sermo Aristo. in hoc loco est ꝓz probabilitatē hoiuz.

UVA. BHSC. IyR_117

est indiuisibile ꝑm formam. Et cum ita sit illud quod est minoris diuisibilitatis est ꝓpinquius nature vnius: quod est causa multitudinis: quod igitur est minoris diuisibilitatis est prius illo quod est pluris diuisibilitatis

Ben⁹ non hꝫ cē nisi i suis spē bus. Idez 7. methꝫ. 43.

Species igitur vltima est prior omnibus superioribus. Verbi gratia homo qui dicitur in homines indiuiduales: non in species. ¶Deinde. d. et etiā dicamus q̄ genera rerum habentium ante ⁊ post impossibile est ⁊c. i. q̄ genera priora suis differentijs non habent esse nisi in suis differentijs: et sunt forme in quas diuidūtur. Verbi gratia q̄ animal nō habet esse in actu nisi in suis speciebus in quas diuiditur: similiter color non habet esse nisi in speciebus colorum: et numerus non habet esse nisi in primo numerorū. sc̄z in dualitate: deinde in alijs speciebus numeri: ⁊ dualitas est prima forma formarū numerorum. ¶Deinde. d. ⁊ si ita sit impossibile est vt genera sint aliud nisi forme sue. i. q̄ genera nō habent esse nisi cum formis. D. d. indiuidua aūt nō sunt ante adiuicē. i. quapropter continget eis vt essent in se adiuicē: sed vnūquodq̄ eorum est existens in actu per se nō est in eis posterius qđ constituatur per prius. ¶D. induxit tertiam rationem: ⁊. d. ⁊ etiā ea quorū quedam sunt nobiliora ⁊c. i. ⁊ etiā quia manifestum est q̄ nobilius est prius viliori: ⁊ species videtur nobilior esse genere: manifestum. est q̄ species est prior genere: prius autem magis est principiū ꝯ posteri⁹: ⁊ dixit hoc: q̄ species est pfectio generis. Manifestum est igitur ex hoc ser-

Spēs ē pfectio generis.

mone q̄ genus non debet esse prius specie: immo apparet nobis ex hac intentione ⁊ predictis q̄ vltima species debet esse prior: ⁊ hoc intendebat cuz dixit. q̄ predicabilia de indiuiduis sunt ꝓncipia. ideſt vltime species. ¶Et cū induxit rationem q̄ species est prior genere: etiam induxit rationem q̄ genus est prius specie. Et dixit. ⁊ etiam dicamus quomodo est existimandum q̄ iste forme ⁊c. i. sed potest aliquis dicere quomodo possumus dicere q̄ forme specierum sunt digniores ad essendum principia ꝯ genera. Prin-

Principia debēt esse alia abeis quoꝝ sūt ꝓncipia.

cipia enim debent esse alia ab eis quorum sunt principia: ⁊ vt sint habētes naturam separatā per se. ¶Deinde dixit. sed quomodo potest aliquis existimare ⁊c. i. sed quomodo potest aliquis existimare in istis q̄ principium est aliud ab eo cuius principium ꝑm diffinitionez primam: ⁊ non existimatur hoc in genere cum specie. ideſt species enim cum est principium nō existimatur esse aliud ꝑm diffinitionem ab eo cuius est principium: primum igitur genus vniuersale predicabile de omnibus est principium. ¶Deinde dixit. si igitur rectuz est dicere ⁊c. i. si igitur necesse est vt vniuersalia sint magis principia ꝑm q̄ sunt vniuersalia: necesse est vt forme magis vniuersales sint magis principia ꝯ ille que sunt minus vniuersales. ergo genera

negatiue. Ex hoc sumē q̄ plura vt vnū intelligi possunt. Affirmatiue.

sunt magis principia ꝯ species: ⁊ ꝑm hoc continget vt prima genera sint principia: cum sint vniuersaliora omnibus.

¶Est autem habita his dubitatio et omnium difficilima: et ad considerandum maxime necessaria de qua oratio nunc exibit. ¶Nam si non est aliquid preter singularia: singularia vera infinita: quomodo contingit accipere scientiam. ¶Nam inꝯtum vnum aliquid ⁊ idem: ⁊ inꝯtum vniuersale aliquid est: intantum omnia cognoscimus. ¶At vero si hoc est necesse: ⁊ oportet aliquid esse preter singularia: necesse vtiq̄ erit genera esse preter singularia: aut vltima: aut prima: hoc autez quia impossibile: nuper ostendimus dubitando. ¶Amplius autem si ꝯ maxime est aliquid preter simul totum: quando predicatur aliquid de materia

Utrū vle sepatū sit cōpositū ex mā et forma.

UVA. BHSC. IyR_117

vtrum si est aliquid: preter omnia oportet aliquid esse: aut preter quedā esse: ⁊ preter quedam nō esse: aut preter nihil. ¶Si quidē igitur nihil est preter singularia: nihil vtiq; erit intellectuale: sed omnia sensibilia: ⁊ nullius scia: nisi quis dicat esse scientiam sensuum. Amplius autem nec sempiternū est aliquid: nec immobile nā sensibilia omnia corrumpūtur ⁊ in motu sunt. At vero si sempiternum nihil est: nec generationez esse possibile est. Necesse est enim aliquid esse quod fit: ⁊ ex quo fit: ⁊ horum vltimum ingentum si statur: ⁊ ex non ente generari impossibile. Amplius autez cum sit generatio et motus finem esse necesse est. Motus enim nullus est infinitus: sed motionis omnis est finis. Generari enim non possibile quod impossibile est factum esse. Quod autem est generatum necessarium est esse quando primum factum est. Amplius autez si materia est quia ingenita est: multo rationabilius est substantiam quando illa fit esse. Nam si hec non erit: nec illa: nihil erit omnino. ¶Sz si hoc est impossibile necesse est aliquid esse preter synolon. scilicet formaz ⁊ speciem: sed si hoc iterū quis ponit dubitatio est in quibus hoc ponet: ⁊ in quibus non. Naz q in omnibus non possibile sit manifestum est. Non enim vtiq; ponemus domum aliquam preter singulares domos.

¶Et sequitur hanc questionem difficilem alia difficilior omnibus que necessario est consideranda: ⁊ est ista: quonia si nihil aliō est cē particularia: ⁊ particularia sunt infinita: quomodo est possibile vt comprehendatur scientia infiniti: Scimus enim omnia per vniuersale vnum permanens in sua dispositione. Si igitur iste sermo est necessarius vt aliud sit a particularibus: necesse est vt vltima genera ⁊ prima sint alia a particularib⁹: ⁊ iam dixim⁹ q hoc est impossibile. Et etiam quando oportet affirmare aliq̄ vniuersale aliud ab omnibus particularibus. Dicamus igitur quando aliquid dicetur de materia: vtrum illud sit aliud ab omnibus particularibus: aut est aliud a quibusdaz: aut nō est aliud a quibusdam: aut non est aliud ab aliquo eorum. Quoniaz si nō fuerit aliud a particularib⁹ nihil erit intelligibile: sed omnia erūt sensibilia: ⁊ impossibile erit vt aliquid sciatur per scientiam nisi aliquis fingat q sensus est scientia. Et etiam erit impossibile aliquid esse eternum: ⁊ immobile. Omnia enim sensibilia sunt corruptibilia. Sed si nihil fuerit eternum ⁊ immobile: impossibile est generationem esse: necesse enim erit generationem esse: vt ex quo fit generatio: ⁊ vt primum istorum sit ingenerabile si cessent. Et est impossibile vt aliquid sit ex nihilo: quoniam si generatio est: necesse est vt motus habeat finem. Nullus enim motus est infinitus: sed omnis motus habet finem ⁊ complementum. Et impossibile est vt sit illud quod impossibile est vt fiat. Illud autem q̄

C Virtutis sint sepa-ta vel con-iuncta ⁊c.

In oppo-situm.

UVA. BHSC. IyR_117

sit est possibile in primo quod sit necessario. Et etiam si res vniuersalis est materia quia non generatur necesse est vt substantia sit magis prima q̄ materia: quoniam si vniuersale non est materia neq; substantia comprehēsibilis nihil erit omnino. Si igitur hoc non fuerit erit vniuersale quod est aliud ab istis particularibus forma ⁊ figura necessario. Si igitur finxerit aliquis hoc: continget ei aliquod inopinabile. Non enim potest dicere q̄ hoc est possibile in omnibus rebus: sed in quibusdam esse: in quibusdaz non. Manifestum est igitur q̄ impossibile est hoc esse in omnib⁹ rebus. Non enim dicimus q̄ domus sit aliud a domibus singularibus.

12 Intendit in hoc cap. inducere sermones probantes superficietenus q̄ vniuersalia sunt existentia per se que mouerunt platonem ad dicendum formas esse. Et.d. quoniam si nihil fuerit aliud a rebus particularibus ⁊c. Et iste sermo manifestus est: et abbreuiatio eius est q̄ si non fuerint hec vniuersalia non transmutabilia: neq; corruptibilia que determinent particularia nō erit scientia necessaria alio modo: neq; scientia determinās cōtinens scitum omniū: q̄m particularia sunt infinita: ⁊ infinita sunt interminabilia: ⁊ ideo scientia nō erit determinās: sicut etiā neq; necessaria: q̄ particularia sunt infinita: ⁊ semp in trāsmutatiōe. D. d. scimus enim omnia ⁊c. i. q̄m manifestū est q̄ nos scimus oia particularia per vnū vniuersale trāsmutabile determinās est. Si igit vle nō fuerit: tūc scia erit falsa.

D Et hoc intēdebat cū. d. si igitur iste ꝓmo ⁊c. i. si igit fuerit necessariū hoc q̄d dixim⁹ q̄ in scientia particulariū necessariū est vnū q̄d est vle trāsmutabile: necesse vt extra aiam sit aliud q̄d a rebus particularibus. D. d. ne cesse est igit ⁊c. i. ⁊ cū fuerit necessariū aliq̄d esse aliud a particularibus q̄d est causa scientie: ⁊ vle est hmōi: necesse est vt prima gña ⁊ vltime species et q̄ sunt inter ea sint exntia extra aiam alia a reb⁹ particularibus: ⁊ vt principia eaz sint prima gña: sz iam diximus prius impolla cōtingentia positioni vlium abstractoz̄. D. d. ⁊ etiā q̄n opz affirmare vle esse: q: esse vle nō hz dubiū: q̄m dubiū nō est nisi de natura eius q̄d ipsa sit. D. d. dicamus igit q̄n aliquid dicet ⁊c. i. dicamus igit q̄ manifestū est q̄ vnū quid predicatur de materia particulariū. Cum igitur aliquid fuerit predicatū de rebus particulariū materialium: vtruz illud quid est aliud ab omnibus particularibus de quibus predicatur: aut est aliud a quibusdā: aut nō est aliō a quibusdam: aut est omnia cozū. Si posuerimus q̄ nihil est aliud a particularibus: nihil erit scitū omnino nisi aliquis vocet: cōprehensionem sensus scientiā: ⁊ etiam cōtingit vniuersaliter expositione q̄ nihil aliud est q̄ particularia sensibilia vt nihil sit eternū ⁊ immobile: q̄m omnia sensibilia sunt corruptibilia. Deinde dedit impossibile cōtingens si eternum et immobile nō est: ⁊ dixit: sed si nihil fuerit eternum ⁊ immobile non erit gñatio q̄m si generatio est semper necesse est vt sit aliquid quod agat generationem primo: ⁊ quod sit ingenerabile: ⁊ aliquid ex quo fit primo generatio: quod est etiā nō generabile. D. d. ⁊ vt sint principia istoz̄m ⁊c. i. deist necesse est em̄ vt principia generationis non sint generabilia: cum nihil fiat ex nihilo neq; in infinitum. Et cum ita sit necesse est vt generatio cesset: ⁊ vt iuniat etiam a causa fine motore. D. d. quo mā si generatio erit: necesse est vt motus habeat finem: quoniam si motus generationis fuerit infinitus non erit generatum. i. deist non cōplebitur sua generatio. D. d. ⁊ impossibile

Nō ē dubiū vle eē sz ē dubiū q̄d sit nā ipsius.

Idē. j. ph. 33. ⁊. 34.

UVA. BHSC. IyR_117

est vt sit illud qđ impossibile est vt fiat.i.ꝛ signū eius q impoſe est motū;re ctū infinitū esse est:q iste motus impoſe est vt fiat.s.vt cōpleat:ꝛ illud; cui⁹ esse nō cōplet nō incipit fieri:neq; est poſevt incipiat fieri. ¶Et istud signū dictū est etiā ab eo in.6.physi.cū dixit illic.T.g.qꝛ impossibile est inueniri homine in stadio.i.impossibile est vt iste homo sit in generatione:ꝛ ista est dubitatio in continuatione gnationis:ꝛ iam soluit istā questionē in phy sicis:vbi determinauit q est impossibile in motu recipꝛocabili ſm genera tionem:ſm q generabile fit ex corruptibili:ꝛ corruptibile ex gnabili. ¶D. d.ꝛ etiā si res vniuersalis est materia ꝛc.i.ꝛ etiā si vniuersale nō trāsmuta bile dz esse materia:quia vtrūq; est ingenerabile:tunc forma est magis di gna esse hoc:qꝛ nō generat neq; corrūpitur:ꝛ ens in actu:ꝛ materia; in|po rentia. ¶D.d.qm̄ si vle nō fuerit materia ꝛc.ꝛ dixit hoc.qꝛ vniuersale cum est substātia:ꝛ cū nulla substātia est pꝛeter hec duo ſm famositatē:cōtinget q si vle nō fuerit aliqđ istoꝝ q nō erit aliqđ entiū. ¶Deinde.d.si igit non fuerit hoc ꝛc.i.si igitur vniuersale nō fuerit materia:necesse est vt vniuer sale qđ est aliud a particularibus sit forma ꝛ figura. ¶Deinde dicit si aliquis finxerit hoc ꝛc.i.ꝛ si aliquis posuerit ipsum esse existens extra |animā ita q substantia sit existens per se: contingent ei impossibilia. |Non |enim potest ponere omnia vlia esse talia:sed quedā:ꝛ innuit exceptionē| vniuer salium rerum artificialium ꝛ vniuersalium accidentium:que nullus potest ponere substantias abstractas. hoc enim non potest dici nisi in substātijs rerum naturalium. Nullus enim potest dicere domum esse vniuersalem exi stentem extra animam artificis aliam a domibus particularium:ꝛ literam vniuersalem esse aliam a literis particularibus. T.cō.92. Nullꝰ pōt fingeꝛ vle sepatū in artificia libus.

¶Adhuc autem vtrum substantia vnaꝰ erit omniū:vt hominū. Sed inconueniens est:nō em̄ vnū omnia quoꝝ substātia vna:sz multa ꝛ differētia:sed ꝛ hoc extra rōnē est. Simul autē ꝛ quomō sit materia hoꝝ vnūquodq; ꝛ est synolon ambo hec.

¶Et cum hoc perscrutandum est:vtrum substantia omniuz ho minum est vna aut nō. Si em̄ dixerimus q substantia eoꝝ est vna:cōtinget inopinabile:qm̄ omnia quoꝝ substantia est vna sunt vnum. Et si dixerimus q substantie eoꝝ diuerse sunt:hoc etiam erit impossibile. Et cum hoc quomodo potest esse vt mate ria sit in aliqua hoꝛa quelibet istarum:cum omne sit vtrūq;.scili cet materia ꝛ particularia. Utrumsit vna substātia oiz exītiū in vna spē.

¶Et perscrutandū est etiā vtrū substātia oium entiū est vna substātia:aut plures. Si igit vna auferꝛ multitudo ꝛ erit ens vnū:qđ est cōtra sensuz. Et si substātia entiū fuerint plures nihil erit in specie oio in quo; cōmunicent duo:qđ est impoſe. ¶Et si dixerim⁹ q nihil est vnū oino |qđ est poſe:vt nā sit in aliqua hoꝛa eadē cū oibus particularib⁹ in quib⁹ existit:ꝛ hoc est omne vtrūq;.s.materia:ꝛ qđ recipit materiam. Et intēdit si dixerimus q ni hil est vnū omnino:potest enim aliquis dicere q materia inuenitur distin cta in aliqua hoꝛa ab indiuiduis quoꝝ est materia. 13

¶Amplius autem de principijs ꝛ hic dubitabit aliquis. Nam si specie sunt vnum nihil numero erit vnum:nec iterū vnum ipm ꝛ ens. Et scire quomodo erit:si nō aliqđ erit vnuz in omnib⁹. At vero si vnū numero:ꝛ vnūquodlibet principioꝝ:ꝛ non quem admodum in sensibilibus alia aliorum:vt in hac syllaba specie £ Utꝝ pncipia ſeruꝝ sunt eadē numero.

UVA. BHSC. IyR_117

eadem existente: ⁊ principia spē eadem: etenim hec sunt numero diuersa. Si autē non ita: sed q̄ sunt existentium principia numero sunt vnū: non erit preter elementa aliud quicq̄. Nā numero vnū aut singulare dicere nihil differt. Sic em̄ dicimus singulare nūero vnum: vl'e vero quod in his est. Sicut igitur si vocis elemēta nūero essent determinata: tot oēs lras eē necesse eēt quot elemēta: non existentibus quidem duobus elsdē: nec pluribus.

¶Et querendum est etiam q̄nem difficilem de principijs: q̄m si principia sint vnum in forma: nihil est vnum in numero: neq; vnū gnabile. Et si ita sit ⁊ nullum vnū sit predicatum de omnib⁹ rebus: q̄o est scientia: aut cognitio. Si autem omnia principia sint vnum in numero: et non fuerint principia quorūdam alia a principijs quorūdam: sicut principia rerū sensibilium. V.g. q̄ ista litera ⁊ alia est vna in forma: ⁊ principia earum sunt vna in forma ⁊ diuersa in numero. Si igitur principia entiuz non fuerint talia sed vnum numero: non erit aliud ab elementis. Nulla enim dīa est inter dicere sermonem dicentem vnum in numero: ⁊ dicentez vnum particulare. Ab vno autem particulari non nisi vnum particulare: quare nec ab vno numero non nisi vnum numero. Dicimus enim in omni esse particulare in eo quod est vnum in numero: ⁊ dicimus vniuersale de illo quod predicat de istis pticularibus. V.g. q̄ si elementa vocis essent terminata in numero: tunc omnes litere essent ꝑm numerum elementorum: neq; multiplicarentur: neq; magis essent.

14 ¶Et querendū ⁊c. Ista q̄o est dicēs: vtrū principia sensibilia sunt omnia vnū in forma: aut vnum in numero. ¶Et. d. q̄ si omnia fuerint vnū ꝑm formā: nihil erit hoc ꝑm numerū: neq; vnū gnabile erit vnū ꝑz numerū: quod est valde inopinabile: ⁊ cū hoc nō fuerit vnum particulare non erūt multa particularia. ⁊ sic nō erit vl'e: ⁊ sic nō erit scia: hoc igit cōtingit si principia fuerint vnū ꝑm formā. ¶D. d. si aūt principia ⁊c. i. si aūt vnūqdq; principū rerū sensibilū fuerit vnū in numero: ⁊ non fuerit quedā vnū ꝑm formam neq; diuersa ꝑm formā: sicut est dispō in principijs rerū sensibiliū: ⁊ in rebus ipsis sensibilibus: ⁊ non fuerit illic vnū ꝑm formam omnino: ⁊ omnia principia fuerint vnū ꝑm numerum nihil erit aliud ab ipsis elementis. i. si igitur principia entium non fuerint talia nihil erit aliō ab el'ntis. ¶D. d. causam in hoc ⁊. d. nulla enim est differentia ⁊c. i. ⁊ hoc necesse est: quoniaz vnū numero synonymum est cū particulari: ⁊ cum ista principia non fuerint nisi particularia: non erit vniuersale omnino. s. forma: ⁊ cum ita sit nihil erit aliud a principijs cum posuerimus q̄ nihil est hoc aliud a particularibus: quoniam ex vno non fit compositum. ¶Et q̄ aliquis potest dicere q̄ principia sunt vnum in numero tantum: ⁊ generata ex eis sunt multa in numero: dedit inopinabile contingens ex hoc: ⁊ est quoniam tunc generabilia essent secūdum numerū primorum principiorum ⁊ non magis: ⁊. d. V.g. ⁊c. id est quoniā si elementa vocis essent terminata in numero. i. particularia: tunc voces essent secundū nūerū eorum: ⁊ non generarentur a literis plus suo numero.

Unū nūe rosynony mū est cū pticulari.

¶Non enim minor dubitatio modernis ⁊ prioribus relinquitur

UVA. BHSC. IyR_117

Utrum eadem corruptibilium ⁊ incorruptibilium sint principia: aut diuersa. Nam si eadem sint quō hec quidem incorruptibilia: illa vero corruptibilia: ⁊ propter quam causam.

¶Qui quidem igitur circa Hesiodum ⁊ oēs quicūq; theologi solum ad ipsos persuasionem curauerunt: nos aūt neglexerunt: Deos enim factētes principia: ⁊ ex deis dicunt esse facta: q̄ vero non gustauerunt nectar ⁊ māna mortalia facta esse dicūt. ¶Palam q̄ hec omnia sibi nota dicentes equidē de allatione harum causarum super nos dixerunt. Nā si gratia voluptatis vt ipsi tangunt nō est cā existendi nectar ⁊ māna. Si vero existēdi quō erūt sempiterni cibo egentes. Sed de fabulose sophisticātibus nō est dignum cum studio intendere. A dicentibus vero p demonstrationem opz scisci tari: interrogantes quare ex eisdem exītia: hec quidem sempiterna ſm naturam sunt: illa vero corrumpunt existentium. Ām autē nec cām dicunt nec rationabile est sic habere palam q̄ nec eadē principia nec cāe ipsorum erunt. ¶Etenim ⁊ Empedocli: quem maxime sibi consona sibi dicere quispiam arbitrabit: idem sane contigisse vī. Ponit.n. principiū quoddā cāz corruptionis odiū. Videbit nihilominus ⁊ extra vnum hoc genere: nam omnia ex hoc alia sunt preter deuz. dicit ergo ex quib⁹ omnia: ⁊ quecunq; erant: ⁊ quecunq; erunt: ⁊ arbores pullulauerunt: ⁊ viri ⁊ femine: bestieq; ⁊ vultures: ⁊ aqua nutriti pisces: et dei longeui ⁊ preter hec palam: quia si non esset in rebus essent vnum omnia vt ait. Nam quādo conuenerunt tunc vltimuz omnū stabat odiū. Propter quod ⁊ accidit ipsi felicissimū deum minus prudentē esse aliis. Non.n. cognoscit elementa omniū: nam odium nō hz. Notitia vero simili silis fiat. Terrā nāq; ait per terram cognoscimus: ⁊ per aquam aquā: ⁊ per affectuz affectum: et adhuc odium per odium triste. Sz vñ rō hec ēt palam: q̄ accidit et odiū nō magis corruptiōis cā existēdi causaz esse: similiter autē nec amorē existendi magis q̄ corruptionis: colligens cm in vnuz corrūpit alia. Similiter ipsius trāsmutationis cām nullam dicit: nisi q̄ sic aptū natum fuit. Ait vtiq; magnum odium in membris nutritum est: ⁊ ad honorem intendebat perfecto tēpore qui mutabilis dissoluit sacramentum: quare necessarium eis transmutari cām vero necessitatis nullā ostendit. attamen tantum solum dicit p esse. Non enim existentiuz hec quidem corruptibilia: illa vero incorruptibilia facit: sed omnia corruptibilia p̄ter elementa. Dicta vero nunc hec dubitatio est cur hec quidem: illa vero non si ex eisdem sunt. Quod quidem vtiq; non erunt eadem principia tot dicta sunt.

¶Si vero diuersa principia vna quidem dubitatio: vtrum ⁊ incorruptibilia hec erūt: aut corruptibilia. Nam si corruptibilia ma

F Utrū corruptibilium ⁊ incorruptibilium eadez sint principia.

Hesiodi solutio.

Improbatio.

G Egens cibo nō est sempiternum.

De fabulose sophisticātib⁹ nō est dignū cum studio intendere.

Empe. solutio.

H Ex hoc sumi solet deūiferora cognoscere ſm Aristo.

I Ad partē negatiuā

UVA. BHSC. IyR_117

nifestum quia necessarium ⁊ ea ex aliquibus esse. Omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus sunt. Quare contingit principiorum alia principia esse priora. Hoc autem ⁊ impossibile: siue stet: aut infinitum vadat. amplius autem quomodo erunt ipsa corruptibilia si destruentur principia: si vero incorruptibilia cur ex his quidem incorruptibilibus existentibus corruptibilia erunt: ex diuersis vero incorruptibilia. Hoc enim non rationabile est. Sed aut impossibile aut multa oratione eget. amplius autem nec conatus est aliquis diuersa dicere: sed eadem oium principia omnes dicunt. Verum primū dubitatum concedunt tanꝯ hoc parum aliquid accipientes.

Ola corrūpunt i ea ex qb⁹ sunt. Idē. 1. ph. t. c. 65. Et 3. ph. 45.

aut per formã: ꝛ ideo vnũ nõ diuidit: quia est primũ omnium rerum que nõdiuidũtur. Et nõ omne vnũ est indiuisibile eodẽ modo vt pes ꝛ vnitas: sed quedã nõ diuidunt omnino: et quedã vo lumus vt sint indiuisibilia per sensum: vt dictũ est. ¶Omne igitur continuũ diuisibile ꝛ mensura semper est vnigenea. ¶.g. qm̃ mẽ sura magnitudinũ est magnitudo: ꝛ similiter in vnoquoq; simpli cium: longitudinis ergo longitudo: ꝛ latitudinis latitudo: ꝛ vo cis vox: ꝛ grauitatis grauitas: ꝛ vnitatũ vnitas. qm̃ sic oportet accipi: vt numerorum numerus: ꝛ si oportet vt sit ita: sed non est necesse vt sit sicut hoc. Sed est necesse vt sint mensura vnitates. Numerus autem est multitudo vnitatum. 3 Mensura semp est vnigenea mẽsurato.

¶Et vtunt hoc ꝛc.i. et ponũt motũ simplicẽ q̃ est velocissim⁹ oĩum motuũ mensurã: p quã mensurãt oẽs mot⁹: et iste mot⁹ est mot⁹ celi diurn⁹. tẽpus eñ isti⁹ mot⁹ est minimũ oĩm tempozũ. ¶D.d. et ideo in cõputatione ꝛc. i. ꝛ ideo mẽsurant motũ orbiũ stellarũ p ipsum motũ qui est principiũ omnũ motuũ. ¶D.d. cãm in hoc ꝛ.d. est eñ positũ apud cos ꝛc. i. et facũ hoc proprie de motu celi diurno: qz opinant q̃ mot⁹ celi nõ addit: neq; dimi nuitur. ꝛ q̃ est valde velox: ꝛ ista sunt necessaria in mẽsura ꝑm q̃ est mensu ra in vnoquoq; generũ. ¶D.d. ꝛ in musica diasis: ꝛ intẽdit totũ. ¶D.d. et in voce litere. i. q̃ sunt mẽsura dictionũ. ¶D.d. vnũ eñ in oibus istis est hoc mo do. i. est minimũ in illo genere: ꝛ nõ est in eo additio nec diminutio. ¶D. d. vnũ eñ nõ est cõmune. i. ꝛ vnũ in vnoquoq; genere est proprium illi gene ri: qz nõ est vnũ cõmune sicut dictũ est. ¶Et cũ declarauit q̃ vnũ numero est prima mẽsura in vnoquoq; genere: declarauit q̃ nõ visitat in quolibet genere vna mẽsura: ꝛ quãdoq; duab⁹: sed tam ẽ qz maior notificat per mi norẽ. ¶D.d. ꝛ nõ semper vna mẽsura ꝛc. i. ꝛ mẽsura in quolibet genere nõ est vna: sed inuenit in vno genere plus q̃ vna mẽsura: sed maior mẽsurat per minorẽ: vt neumata cõposita que mẽsurãtur per plus vno neumate: ꝛ hoc nõ est audibilib⁹ tantũ: sed in dictionib⁹ vt syllabe pedes. ¶D.d. diame ter mẽsurat per duo. i. ꝛ diameter circuli mẽsurat per latus exagoni: ꝛ per alia latera cadẽtia in circulo: ꝛ sic̃ latera p plus mẽsurãtur vna quãtitate diametri. ¶D.d. vnũ igit nõ est mẽsura oĩum rerũ: ꝛ non est hoc vnũ q̃ in sua nã sit vnũ q̃ sit mẽsura oĩum rerũ: nisi ois̃a haberent eandẽ nãm. ¶D. neq; oĩum magnitudinũ. i. neq; oẽs magnitudines habẽt vnũ q̃ mẽsurat oẽs ꝛ p̃cipue corp⁹: ꝛ maxime q̃ mẽsuram⁹ ipsum q̃q; p quãtitatẽ: ꝛ q̃q; ptes ei⁹ q̃ sunt ꝑm qualitatẽ. ¶D.d. ꝛ ideo vnũ nõ diuidit ꝛc. i. ꝛ vnoquoq; est vnũ q̃ nõ diuidit: qz primũ in quolibet gñe dz esse indiuisibile: et si nõ: nõ esset primũ. ¶D.d. ꝛ nõ omne vnũ est indiuisibile eodẽ modo ꝛc. i. ꝛ nõ oẽs vnitates q̃ accipiũtur ad mensurãdũ sunt indiuisibiles eodẽ mõ: sed q̃dã sunt indiuisibiles simplr ꝛ vnũ in numero: ꝛ q̃dã p institutionẽ vt pes ꝛ palma: ꝛ q̃dã qz sunt res indiuisibiles in gñe ꝑm pond⁹ vt grana hoz dei. ¶D.d. qm̃ omne cõtinuũ diuidit. i. vt dicim⁹ q̃ q̃dã mẽsure sunt de nã cõtinui: ꝛ omne cõtinuũ est diuisibile. ¶D.d. ꝛ mẽsura semper est vnigenea ꝛc. ꝛ hoc q̃ dixit est manifestũ. s. q̃ vnũ q̃ mẽsurat in quolibz gñe est de nã illi⁹ gñis qz nũeri nõ mẽsurãt p magnitudinẽ: neq; magnitudies p vnitatẽ. ¶D.d. opz eñ accipi hoc mõ. i. vnũ mẽsurat numerũ ꝑm q̃ est cõpositꝰ ex vnitatib⁹: nõ ꝑm q̃ est numer⁹. Numer⁹ eñ nõ mẽsurat ꝑm q̃ est numerus nisi per numerũ. ¶D.d. ꝛ si opz vt sit ꝛc. i. ꝛ si numer⁹ mẽsurat per numerũ. tñ nõ est necesse vt ille numer⁹ mẽsurãs mensuret a nũero: ꝛ opz vt 4

2 Mẽsura ẽ vnigenea idem. 4. phy. 119.

UVA. BHSC. IyR_117

mẽsuratio pueniat ad numer̃ q̃ mẽsurat̃ p vnũ:qm̃ numer⁹ est multitudo vnitatũ. ¶Et.d.q mẽsura numeror̃ est vna ñ vnitas ad notificãdũ q mẽsura cuiuslibz rei est sui gñis:adeo q mẽsura numeror̃ nõ ẽ vnitas:ſz vnũ est mẽsura nũeror̃. ¶Et itẽdit vt repnto q cũ sit ita vno ⁊ vnitate:ſz vnũ denoiẽt ab vnitate:ẽto magis in eis q̃ sunt diuersa in spẽ vt vnũ ⁊ nũer⁹.

2 ¶Et sciam autẽ metrũ rer̃ dicim⁹ ⁊ sensum pp idẽ:q cognoscimus aliq̃d ipsis:qm̃ mẽsurant̃ magis q̃ mẽsurant. Sed accidit nobis velut si in alio nos mẽsurãte cognoscam⁹ quãti sumus p cubitũ ad tm̃ nostri addiscere. Prothagoras vero ait oĩum esse metrũ ac vtiq̃ si scientẽ diceret aut sentientẽ. Nos autẽ quia habent:hic q̃dem sensum:illa vero scientiã. Que dicimus esse metra eor̃ q̃ subiiciunt̃. Nihil itaq̃ dicẽtes supabundans videntur aliquid dicere. quod quidẽ igitur vni esse maxime est ẽm nomen q̃ determinat metrũ quoddã:⁊ maxime quãtitatis:deinde qualitatis palam. Erit autẽ tale hoc quidẽ si est indiuisibile ẽm q̃titatem:illud autem si ẽm qualitatẽ. Propter indiuisibile est: aut simpliciter:aut inquantum vnum.

Prothagoras ait hoiez oĩz metrũ eẽ. idẽ.11.metaph.cõ.4.

¶Dicimus etiã q scia est mẽsura rerũ:⁊ sensus pp eãdem causam. Scimus em̃ per ista aliquid ⁊ si nõ magis dignũ est vt mensurentur q̃ vt mensuras esse. Sed accidit nobis quasi si aliquis mẽsuraret nos sciremus cuius mensure sumus p mensurã cubiti posita sup nos: ⁊ Prothagoras dicebat q homo est mẽsura oĩum rer̃.s.scies ⁊ sentiẽs q alter istorũ hz sensuz:⁊ alter sciẽtiã. Ideo dicim⁹ q sunt mẽsure rer̃ positar̃:⁊ q nihil dicebãt distinctũ nedum vt aliq̃d dixissent: manifestũ est q essentia vni⁹ magis ⁊ est nomẽ q̃ ponunt pfectis est principaliter quãtitatis: deinde qualitatis:⁊ erit tale:alterũ vero si fuerit indiuisibile ẽm quantitatẽ: ⁊ alterum si fuerit ẽm qualitatem: ⁊ ideo vnum est indiuisibile: aut modo simplici: aut qui est vnum.

¶Et dicitur q intellect⁹ ⁊ sensus sunt mensure: intellectus vero rerum intelligibilium ⁊ sensus sensibiliũ:q per ista cognoscũtur entia: ⁊ illud per q̃ cognoscũtur est mẽsura:⁊ hec est cã cõis sensui et intellectui et vni:et si nõ dignius est vt entia mensurent scientiã ⁊ sensum:q̃ vt mensurentur entia. Non em̃ est mensura nisi si entia sequerent̃ illud quod est in aĩa: vt.d. Prothagoras. cum autẽ illud q̃ est in anima sequat̃ entia: necesse est vt entia mensurent animã:et nos apprehẽdemus quãtitatẽ eius q̃ existit in aĩa et hoc sicut si aliquis mẽsuraret nos per cubitũ: tunc cõprehẽderem⁹ quot cubiti sunt in nos. Et hoc intendebat cum. d. sed accidit nobis ⁊c. ¶D.d.⁊ Prothagoras dicebat ⁊c.i.q opinabatur q verum est illud quod oẽs opinabantur adeo q si duo hoies opinantur duo oppolita in aliquo q vtrumq̃ erit verum. Opinabãtur em̃ q verũ sequit̃ opinionẽ. D. dicit.s. per sciens ⁊ sentiens.i.⁊ dixmus q homo est mensura: q est sciens ⁊ sentiens.i.et dicimus hoc de sciente ⁊ sentiente: quia ista pars anime habet sensum:⁊ ista alia hz scientiam. ¶D.d.⁊ q nihil dicebat ⁊c.i. ⁊ innuit illos qui loquti sunt de diffinitione vnius absq̃ eo q̃ distinxerũt secundũ quot

UVA. BHSC. IyR_117

modos dicitur vnū: sic em̄ existimāt dicere aliq̄d de diffinitione eius ⁊ ipsi nihil dicunt: ⁊ ideo dicimus post. manifestū est igit̄ q̄ entia vnius ⁊c.i. ⁊ cū cōsideratū fuerit de vno sm̄ q̄ distinximus, manifestū erit q̄ essentia vnius ⁊ intētio illius q̄ est significatū a nōie perfecto in hoc genere inuenit̄ modo priori ⁊ simplr̄ in vno q̄ est in ẽtitate: deinde in vno q̄ est in qualitate: ⁊ q̄ vnū nō hz vnū in oibus rebus: neq; principium sicut existimauerūt. ¶Et hoc inuenitur in alia trāslatione sic. illi aūt q̄ dicunt q̄ sunt mēsure posite opinant aliquid dicere magis p nomē p q̄ distinguūt est mēsura primo vere ẽtitatis: ⁊ similr̄ q̄litatis. i. ⁊ illi qui diffiniūt vnitates: q̄ sunt mēsure rerū mēsurāda: existimāt aliq̄ recte dicere q̄o distinguūt illa q̄ significat hoc nomē: ⁊ cum distinguūt videt q̄ p hoc nomē mēsura ⁊ vnus metri significat ẽtitatē existētē in vera ẽtitate. s. discreta: deinde in qualitate: ⁊ sic apparebit q̄ illud q̄ dixerūt est falsum. ¶ D. d. ⁊ erit tale ⁊c.i. et vnū in prima mēsura. q̄ aūt existit in ẽtitate est illud q̄ nō diuiditur sm̄ ẽtitatē: ⁊ q̄ existit in qualitate est illud q̄ nō diuidit̄ in qualitate ⁊ precipue substātiali. ¶ D. d. ideo vnū est indiuisibile ⁊c.i. aut sm̄ q̄ est vnū indiuisibile in sba: aut sm̄ q̄ est vnū indiuisibile in ẽtitate. ¶Et in alia trāslatione. ⁊ ideo vnū est indiuisibile sm̄ q̄ est simplr̄: ⁊ sm̄ q̄ est vnum. ¶Et in tēdebat declarare q̄ dimittere distinctionē huius nois vnū fuit cā in opinione opinātiū q̄ vnus q̄ est in ẽtitate discreta est sba: ⁊ q̄ est principiū entiū: ⁊ q̄ numeri pp hoc sunt substātie. ¶Et hoc etiam fuit cā in opinione Aut. q̄ vnū q̄ est principiū numerorū est genus decē entium ita q̄ significat accidēs cōe eis: q̄ ignorauit dr̄iam inter hoc nomen vnum quod significat principiū numeroz: q̄. s. est in ẽtitate: ⁊ hoc nomen vnum quod est synonymum huic nomini ens.

Ad Auic. ignorauit q̄ vnū q̄ē principiū nūerorū ēalio ab vno q̄ē synonymū ēnti.

¶Cap. Tertiū.

SEcūdū substantiā vero ⁊ naturā q̄rēdū est vtro modo se habeat quēadmodū in dubitationibus tractaum⁹ q̄d q̄ vnū est: ⁊ q̄o opz de eo suscipere: vtrū velut substantia aliqua existēte ipso vno: sicut ipsi pythagorici dicū i prius ⁊ Plato posteri⁹. Aut magis supponitur aliqua natura: ⁊ q̄o oporteat notius dici ⁊ magis sicut qui de natura. Illorum est alicuius amicitiā dixit esse q̄ vnū: alius aerē: alius infinitū. Si itaq; nullum vniuersaliū esse substantiā est possibile sicut in sermonibus de substātia ⁊ ente dictum est. Nec ipsum hec substātia nisi vnū aliquid preter multa possibile est esse. Cōmune nāq: sed si vt predicatū solum palam q̄ neq; ipsum vnum. Naz ens ⁊ vnum vniuersaliter predicantur maxime de omnibus. Quare nec genera nature q̄dam ⁊ substantie separabiles ab aliis sunt. Nec vnū genus cōtingit esse ꝓpter eas cās ꝓpter qs q̄dē nec substantiam. Adhuc aūt sikr in omnib⁹ necesse est se habere.

Ad Auic. Idem. 4. me. 2. 3. et hic. j. 2. 8. Ω

¶Secundum autem substantiam et materiam perscrutemur quomodo est quemadmodum perscrutati sumus de questionibus difficilibus quid sit vnum: ⁊ vtrum oportet existimare ipm esse vnū: sicut substātia alicuius: sicut dixerūt Pythagorici ⁊ Plato: post: aut est alia natura posita: ⁊ oportet cū hoc dicere sermonē magis clarū: vt dixerunt naturales. Quidam enim dixerunt q̄ vnum est amicitia. et quidam finitum. et quidam infinitum.

UVA. BHSC. IyR_117

Sed si sit imposibile vt aliquod vniuersaliũ sit substãtia sicut dictum est in sermonibus de substantia: τ qui dicti sunt de ente: ergo hoc non est substantia etiam: quoniã impossibile est vt aliquid sit preter multitudinem. quia est cõmune: sed quia est dictum tantum. Ergo manifestum est ꝙ non est substantia sicut vnum non est etiam. Unum enim τ ens sunt predicamenta vniuersalia magis: τ dicuntur de omnibus. Ergo neqꝫ genera naturaliter: neqꝫ substantie abstracte ab aliis etiam. Et imposibile est etiã vt vnũ sit genus propter illas causas: neqꝫ ens: neqꝫ substantie sunt genera: etiam necesse est vt omnia sint similiter.

6 Et cum sit declaratum ꝙ in vnoquoqꝫ generũ est vnum quod est primum in illo genere perscrutemur de natura vnius in substãtia quid sit sicut perscrutati sumus de qõnibus difficilibus. ¶ D. d. τ difficultas est quid sit vnum ꝛc. i. τ difficultas est in hac questione scire vtrum O vnum existit per se aliud a substãtiis sensibilibus vt Pythagorici dicebãt de numero; τ Plato de formis: aut significant aliquam substantiam sensibilem; vt dicunt naturales esse ipsum ignem: aut aerem. aut aliquid medium. ¶ D. d. opꝫ cum hoc dicere ꝛc. i. τ opꝫ ponere nostrã perscrutationẽ ꝓm sermonẽ manifestiorẽ in sermonibus antiquorum de principiis: qm̃ sunt entia singularia nõ vl'ia: vt fecerunt naturales. Quidã eñi dixerunt ꝙ principium substantie est amicitia; τ quidam dixerũt corpus finitum. U. g. aerem aut aquã: τ quidã dixerunt corpus infinitum. ¶ D. d. sed si sit impossibile ꝛc. i. τ cum declaratum est in tractatu de substãtia: τ de generibꝰ entis: qm̃ impossibile est vt aliqđ vl'ium sit substãtia, manifestum est ꝙ vnũ vl'e nõ est substantia. ¶ D. d. impol'e. n. est vt aliqđ sit p̃ter multitudinem ꝛc. i. q2 impossibile est vt aliquid cõe pluribus sit substantia nisi ꝓm ꝙ est in aĩa tm̃. D. d. manifestum est igitur ꝙ nõ est substãtia: sicut non est vnum. i. τ cũ vniuersalia nõ sint substãtie; manifestũ est ꝙ ens cõe non est substãtia existẽs extra aĩam: queãdmodũ vnum cõe nõ est substãtia. ¶ D. d. vnũ. n. τ ens ꝛc. i. qm̃ vnũ τ ens a predicamenta sunt vl'ia que non habent esse nisi in aĩa ¶ Et dixit magis; q2 hoc nomen ens dicit̃ de pluribus eis: b de quibꝰ dicitur hoc nomen vnũ: vt cum dr̃ de significato rei. ¶ D. d. ergo neqꝫ genera ꝛc. i. τ cũ vl'ia non sunt substãtie: ergo neqꝫ gñ'a sunt etiam substãtie. D. d. τ impossibile est vt vnum sit genus propter illas causas. i. ꝓpter illas cãs per quas fuit impossibile vt vl'ia essent substantie. D. d. neqꝫ substãtie sunt genera ꝛc. i. q2 genera sunt vniuersalia. D. d. τ etiam necesse est vt oĩa sint sil'r. i. oĩa vl'ia siue fuerint vl'ia substãtiarum; aut vl'ia accidentium.

a Unuz τ ens sunt vl'ia que nõ hñt eẽ nisi ĩ aĩa Idem. 7. meta. 57. τ que ibi

b hoc nomen ens dr̃ de pluribꝰ eis: de quibꝰ dr̃ hoc nomẽ vnuz. oppositũ 4. me. t. c. 3. ĩ. hic in ti. seqnti.

¶ Dicuntur autem equaliter ens τ vnum. Ergo qm̃ in qualitatibus est aliquid qđ vnũ τ aliqua natura: τ sil'r in quãtis: palam q2 τ total'r querẽdũ quid τ qđ vnũ. Queãdmodũ τ quid eos tãꝫ non sufficiens ꝙ hoc ipsuꝫ ipsiꝰ natura. At vero in coloribus est aliquid ꝙ color vnus: puta albꝰ. Deinde alii ex hoc etiã nigrũ videnť geniti. Nigrũ eniꝫ priuatio albi: τ vt lucis tenebra: hec eniꝫ est priuatio lucis: quare si entia essent colores: essent vtiqꝫ numerus quidam entia: ſꝫ quorũ palam vtiqꝫ: q2 colorũ τ ipsum vnum esset vtiqꝫ aliquid vnum: puta album. Similiter autem si melodie essent: numerus vtiqꝫ essent. Diesim equideꝫ: ſꝫ non numerus substantia ipsorum: τ ipm̃ vnũ esset vtiqꝫ aliquid cuius substãtia non

Nigrũ ẽ albi priuatio.

UVA. BHSC. IyR_117

non ipsum vnum:sed diesis. Silr aūt ⁊ in sonis elementorum vtiq̄ essent entia numerus:⁊ ipsum vnum elemētū vocale:et si figure re ctilinee figurarum vtiq̄ esset numerus:⁊ ipsum vnum trigonū. Eadem aūt ratio ⁊ in aliis generibus. Quare siquidē in passio nibus ⁊ in qualitatibus:⁊ in quantitatibus:⁊ in motu numeris existentibus ⁊ vno aliquo in omnibus. Numerus est quorundā et ipsum vnum aliquid vnū:sed non hoc ipsius substātia ⁊ ī sub stātiis necesse est silr se habere. Silr enī se hʒ in oībus. Quod q̄ dem igitur vnū in omni genere est quedā natura:⁊ nulliꝰ natura hoc ipsum ꝙ vnū palā. Sed sicut in coloribꝰ colorem vnū querē dum ipsum ꝙ vnū.sic in substātia substantiam vnam ipm vnū. ¶ Et ens dicitur modis equalibus modis vniꝰ:cū igitur vnum est in qualitatibus:⁊ est alia natura:⁊ hoc est in qualitatibꝰ etiā: manifestū est ꝙ opʒ vlr q̄rere q̄d sit vnū sicut ens:⁊ cū in cogni tione q̄ꝺ est hoc nō est sufficiētia:sed in coloribus vnus color vt albus:alii aūt videnꝭ generari ex hoc ⁊ ex nigro:⁊ nigrū ē priua tio albi:sicut obscuritas priuatio lucis:hec igiꝭ priuatio est lucis. Ergo si entia essent colores:tunc entia haberent numerum: sed aliquorum. Manifestum est igitur ꝙ essent colores ⁊ vnum etiā ſm ꝙ est vnum si fuerit vnum:vt albū. Et similiter etiam si entia essent neumata:tūc diasis esset numerus: sed non componit ea substantia ⁊ vnum:ergo quodlibet est aliquid habēs substātiam non vnum:sed diasis. Et silr in neumatibꝰ etiā si enti eēnt lr̄e nu merus eorum esset vna litera vocalis:et si essent figure rectarum linearum:tunc numerus figurarum esset figure:et vnum triangu lus.⁊ idem sermo est de aliis generibus etiam. Ergo si in passio nibus et in qualitatibus ⁊ quantitatibus et in motu est numerꝰ: et in omnibus vnum aliquod:⁊ numerus est alicuius vnius etiā et non est hoc in substantia:necesse est vt si similiter sit in substā tia etiam. Hoc enim est consimile in omnibus. Manifestum est igitur quod vnum in quolibet genere est natura: ⁊ non est hoc vnum natura alicuius eorum:sed sicut in coloribus querere vnū colorem est vnum:similiter in substantia etiam querere vnā sub stantiam est vnum.

P. In oī gn̄e ē vna mā q̄ ē metrū oīm ī illo genere.

¶ Et cum dicitur vnum modis equalibꝰ eis quibꝰ diciꝭ hoc nomē ens:sed differunt ſm modū ⁊ in qualitate est vnū indiuisibile p̄ nām: et similr in q̄titate:manifestum est q̄m oportet querere q̄d sit vnū in ente.⁊ hoc decla rando quid sit vnum primū in sb̄a q̄ꝺ est indiuisibile in ea. ¶ D.d.cum in cognitione ⁊c.i.cum non sufficit scire ꝙ in sb̄a est aliquid tale:sʒ ⁊ scire q̄d est illud quod est vnū in sb̄a. D.d.sʒ nō in coloribꝰ ⁊c.i.appet.n.ꝙ in substā tia est dispositio sicut dispō in coloribꝰ:quēadmodū igiꝭ in coloribus est vnū indiuisibile ſm qualitatē:⁊ est illud ex quo ꝯponunꝭ alii colores.s.al bum:ita in substātiis dʒ esse aliquod tale. ¶ Et nō dʒ aliquis dicere quod colores componuntur ex duobus.s.albo ⁊ nigro:q̄m nigrum est priuatio albi:sicut obscuritas est priuatio lucis:ergo in coloribus non est princi- 7.

Q. Documētū. Nō ⁊ aliq̄s dice

UVA. BHSC. IyR_117

re q̄ colo p̄ium ⁊ mensura nisi vnum. ¶D. declarauit hoc ⁊ dixit: ergo scie ēnt colo
res ꝓpo- res ⁊c.i.U.g. q̄ si omnia entia essent colores haberent aliquem numerum
nunt ex qui esset numerus colorum: ⁊ non numerus aliorum: ⁊ haberent vnū nūe-
duob⁹ scz rans. s. vnum colorem. U.g. album. ¶Et cum dixit. sed, aliquorum: itēdit: sz
albo ⁊ ni est album numerus colorum non numerus simplr: sed neq̄ numer⁹ alteri⁹
gro. vide nature. ¶D. indurit aliud exemplum. ⁊ dixit. ⁊ſiſ si entia essent neumata
oppositū ⁊c.i.⁊ tunc numerus esset numerus neumatum tantum: et diasis esset vnuz
j.ph.2.56 numerans in eis. D.d. sed non componuntur ⁊c.i.⁊ tunc essentie fierēt ab
2.5.ph.6 vno quod est substantia: neq̄ ab vno quod est principium q̄titatis: sz ab
19.t.52. vno qō est diasis. D.d. ergo qōlibet ⁊c.i. ergo entia fierent ab aliquo qō hz
com. naturam ⁊ substantiā nō nām vnius fm q̄ est vnū: sz vnum qō est diasis.
¶D. indurit etiam aliud exemplum ⁊.d. et similiter in neumatib⁹ ⁊c.i. et
si entia essent dictiones: tunc vnum numerās esset ſra vocalis: ⁊ illa litera
esset principium: entium: ⁊ similiter si entia essent figure: tunc vnū nūcrās
esset triangulus: ⁊ ſiſr contingit in alijs generib⁹ entium. Dein. d. ergo in
passionibus ⁊c. ⁊ cum sit verificatum, quod in passionum predicamentis:
⁊ qualitatum: ⁊ quantitatum: ⁊ motus sunt numeri: ⁊ in omnibus ēvnū q̄
est principium illius numeri: ⁊ est illud qō nō vſr in illa nā: ⁊ hoc nō appet
sensui in substātia: neq̄ vna istaꝝ vnitatum est apta vt sit principium nu
meroꝝ substātie: necesse est fm hoc vt ſiſr sit in substātijs. s. vt in eis sit vnū
qō est pricipiū numeri eoꝝ: et pncipiū sui eē. oē. n. qō est pncipiū esse ē prin
cipium numeri: et qō est principiū numeri est principiū essendi: idem eniz
contingit ex hoc in oibus generibus. ¶Et hoc intendebat cum. d. est eniz
simile in oibus. ¶D. d. manifestū est igitur q̄ vnū in quolbz gñe ⁊c.i.⁊ cū
hoc sit ita sicut apparet fm inductionem: manifestū est q̄ vnū in quolibet
genere est alia nā simplr nāe illius generis: et vnum nō est nā alicuius eo
rum. s. vnum vſe. ¶D. d. et in colorib⁹ sicut ⁊c.i. quod est principium eē sub
stantiarū pncipiū numeri earū que existit in substātia. ¶Et intēdit qō
cum huic fuerit iunctū qō declaratū est in phȳsicis. s. hoc esse pnum moto
rem eternum ⁊ absolutum ab oīi mā: et declarauit post q̄ hoc nō solūmō
est pncipiū tanq̄ motor: sz tanq̄ forma et finis declarabit q̄ illud est vnū
de quo declaratum fuit hoc q̄ est principium substātie: sicut est declaratū
q̄ est actus vltimus cui non admiscetur potentia oīno.

℟ ¶Quia vero vnum significat aliqualiter vnum: ⁊ens palam p
8.ph.78. ⁊.79. assequi equaliter cathegorias: et quia non sunt in vllo vna: vt
primꝰ mo neq̄ in quid est: neq̄ in quale: sed similiter se habet sicut ens: et
tor ē pnci per hoc quod vnus homo non predicat alterum ab homine, alt⁹
piū tanq̄ quid: quemadmodum necesse preter quiddam quale: ⁊ quantū:
motor: et et vni esse id quod vnicuiq̄ esse.
tāq̄ forꝝ
⁊ finis. ib. ¶Quoniā aūt intētio vnius est eadē quoquomō cum intētiōe
12.me.cō. entis manifestū est: qm̄ modi cōsecutiōis istoꝝ ad p̄dicamenta
5.t. 6. et sunt equales: ⁊ qr eēntia eoꝝ nō est vna: neq̄ alterū solū. U.g. q̄
56.38.41 vnū est in predicamēto qō dicit q̄d: ⁊ in qualitate nō est vnū: sed
4½.t.j.t sike sicut ens: ⁊ qr non addit p̄dicamēto aliud. ⁊ vnus homo ho
2.ca.d sba minū: sicut neq̄ p eēntiā pter quale: aut vbi aut quātū: aut illud
vbis. qō est essentia vnius etiam: est essentia cuiuslibet.

§ ¶Quoniam autem hoc nomen vnum et ens sunt synonyma: manifestum
est ex hoc q̄ equaliter diuiduntur predicamēta fm ea: qm̄ sicut dicim⁹ qō
ens diuiditur in substātiam: ⁊ quātum: ⁊ quale: ⁊ alia: ita dicim⁹ q̄ vnum

UVA. BHSC. IyR_117

aliud est vnum in substãtia:et ad quale:et sic de alijs.et hoc intẽdebat cuz d.quoniam modi consecutionis ꝛc. ¶Et Auicẽ.d.q̃ ens et vnum significant intentionem additam essentie rei. Non enim opinatur q̃ res est ens per se:sed per dispositionem additam ei:vt dicimus aliquid esse albũ.vnũ igitur et ens apud ipsum significat accidens in re. ¶Et iam diximus impossibilia contingentia huic positioni in alijs locis:et post continget ei hoc scilicet q̃ illa dispositio:aut illud accidens per vnum est vnum ⁊ ens. Ens autem est etiam vnum et ens per aliquod additum :aut per se.si per additum procedetur in infinitũ.si per se.ergo cõcessuz est aliquid esse vnũ et ens per se. ¶Sed deceperũt eũ duo.s.qz opinabãt q̃ vnũ qõ est ens pitũ quãtitatis est vnũ qõ est synonymũ enti:et qz hoc vnũ numerãt in accidẽtibus existimauit q̃ vnũ qõ significat oia p̃dicamenta est accidens. ¶Et etiã fuit deceptus:qz ignorauit dicam inter hoc nomẽ ens qõ signat genꝰ ⁊ q̃ signat:verũ. Qd.n.signat vel ẽ actꝰ:et qõ significat genꝰ significat vnumqõq̃ decem predicamentoꝝ multiplr. ¶Dicendũ.et qz essentia eoꝝ ꝛc.i. et qz essentie et quidtates predicamentorum sunt diuerse:et non est in eis aliqõ cõe:ita q̃ vnum et ens sint tanq̃ genus. ¶Cm̃ si ita eẽt:tunc hoc nomẽ vnũ nõ significaret illud qõ significat in predicamẽto substãtie antiqtatis aut quãtitatis p̃ma significatiõe et sine medio:sed significaret quem admodum hoc nomẽ genꝰ significat spẽs mediante aliquo cõi. ¶Dicendũ.neq̃ alterũ solum.i.neq̃ ſba illius ex eis q̃ sunt in quolibz p̃dicamẽto est ſba. Dicendũ.sicut est vnum in predicamẽto qõ dr̃ qd ꝛc.i.sicut non inuenitur aliquid quod sit vnum cõe p̃dicamẽto ſbe et qualitatis:⁊ aliorum predicamentorum:sed dr̃ de eis principaliꝝ ⁊ secũdario:sicut dr̃ hoc nomen ens. ¶Et cum induxit has duas rationes super hoc q̃ hec nomia vnũ ⁊ ens significãt vnam essentiam:sed dr̃nt p̃m modũ:induxit tertiã rõnẽ.et.d.et ita non additur ꝛc.i.et signum eius est q̃ cum aliqs dixerit de aliquo hoc demonstrato esse vnum hominem:et esse hominem :nihil aliud induxit diuersum ab eo nisi liget hoc nomen vnum per aliquod predicamentum.v.g.vt dicat q̃ est vnus in vbi:aut vnus substantia:aut vnum quantum. et hoc intendebat cum.d.et illud quod est essentia vnius essentie cuiuslibet. ¶Et non intendit q̃ ista nomina vnum et ens sunt idem omnibꝰ modis: sed intendit q̃ significant idem p̃m subie ctuz:et diuersa p̃m modũ:et ideo deceptus fuit Auicẽ.cum.d.si hec nomina vnũ et ens essent synonyma cũ hoc nomine res non esset verum dicere rem esse vnam.V.g.et si vnꝰ homo significaret hominem:tunc dicere istum hominem demonstratũ esse vnum non esset enunciabile compositum ex predicamento et subiecto.sed dicere hominem esse vnum:esset sicut dicere hominem esse hominem.

Digressio ꝯ auic. de vnoreq̃re i.4.me.2. z. Impus gna. Cã p̃ia errois Auic.

T Cã scõa.

Ens vnũ signant õ eẽ p̃nta si nemedio. vide ꝓsile 12.me.19 ⁊.20.cõ.

Hinc sumit p̃dicationẽ eius dẽ de seip so eẽ nugatoriaz. vis idẽ.4. me.cõ.3.

¶Capitulum Quartum.

Opponuntur aũt vnũ ⁊ multa p̃m plures modos quoꝝ vno vnũ ⁊ multitudo vt indiuisibile ⁊ diuisibile.qõ quidẽ eẽ diuisum:aut diuisibile multitudo q̃dã dr̃. Indiuisibile vero aut nõ diuisuz vnũ. ¶Cm̃ ergo quatuor mõis oppositiones dr̃:⁊ horũ p̃m priuationẽ dr̃ altex:contraria vtiqz erunt:et neq̃ vt contradictio:neq̃ vt ad aliquid dicta. Dr̃ autem ex contrario ⁊ oñditur ipsum vnũ ex diuisibili indiuisibile ꝓpter magis sensibilem multitudinem esse ⁊ diuisibile q̃z indiuisibile. quare ratione prior multitudo indiuisibili propter sensum. ¶Et etiam vnum ⁊ multum opponuntur sibi p̃m sitũ:et multis

UVA. BHSC. IyR_117

monis. Et vnus eorū est vnum ⁊ plura: vt diuisio ⁊ non diuisio. Vnum enim eorum ſm q̄ diuiditur dicitur multum. Illud enim quod nō diuiditur dicitur vnum secundum q̄ nō diuidit. Oppo
sita igitur in situ sunt quatuor modis: ⁊ vnus eorum dicitur ſm
priuationem. Sunt igitur contraria: et non dicuntur de cōtrario
esse sicut contradictoria: neq̄ sicut relatiua. Et etiam sicut vnum
quod non diuiditur. Multitudo enim est magis sensibilis: et qō
diuiditur est magis sensibile q̄ illud qō non diuiditur. Ergo ser
mo de multo est ante sermonem de indiuisibili propter sensum

U Multitudo vnitate sensibilior est.

9 Intendit per oppositā secundum situm quatuor opposita ⁊ vnum opponitur pluri magis q̄ secundum vnum moduz modo rum oppositorum quatuor. Deinde .d. ⁊ vnum eorum est vnum: ⁊ multū vt diuisum ⁊ non diuisum. vnum enim est indiuisibile. multum aūt diuisibile est: ⁊ hoc intēdebat cum .d. vnum enim eorum ⁊c. i. multum enim dicit illud quod diuiditur. vnum aūt ſm q̄ est vnum est illud qō nō diuidiur. ergo oppositā ſm situm ⁊c. i. ⁊ cum dictum est in aliis locis q̄ oppositā sunt

x Unū ⁊ multa sūt opposita ſm puationē ⁊ habitū. quatuor modis affirmatiua ⁊ negatiua ⁊c. manifestum est q̄ vnum opponitur pluri secundum hunc modum. s. habitum ⁊ priuationē. indiuisibilitas enim est priuatio diuisibilitatis. Deinde .d. sunt igitur contraria ⁊c. id est multum igitur ⁊ vnum sunt contraria ea contrarietate: ſm quam sunt contraria priuatio ⁊ habitus. Et vocauit priuationem ⁊ habitum ⁊ contraria: quia contraria vera reducuntur ad hoc genus. D. .d. ⁊ non dicit de contrario ⁊c. i. ⁊ vnum ⁊ multum non dicuntur opponi ſm q̄ opponuntur sibi contradictoria. s. affirmatiua ⁊ negatiua: neq̄ ſm q̄ opponuntur sibi relatiua. Dein .d. ⁊ scitur vnum diuisibile ⁊c. et vnum opponitur pluri secundum q̄ priuatio opponitur habitui. Et quia indiuisibilitas est priatio diuisibilitatis: et diuisibilitas est quasi habitus. D. dedit causam in hoc q̄ diuisibilitas est manifestior indiuisibilitate. ⁊. d. multum cm̄ est magis sensibile ⁊c. i. causa in hoc est: quia diuisibile est multum ⁊ manifestiꝰ singulari: ⁊ etiam diuisibile est maius indiuisibile: ⁊ maius est manifestiꝰ minori: ergo concedere multum est ante concedere indiuisibile: ⁊ dicit hoc ne aliquis dicat q̄ multum est priuatio vnitatis.

Est autem vnus quidem sicut et in diuisione contrariorum de scripsimus: idem: et simile: et equale. Pluralitatis vero diuersum: et diuisibile: et inequale. Dicto vero eodem multipliciter: vno quidem modo secundum numerum: quod dicimus aliquando ipm: hoc autem si ratione et numero vnum fiunt: vt tu tibipsi. et specie. et materia: vnum. Amplius autem si ratio prime substantie vna fuerit: vt equales linee recte eedem: et equalia: ⁊ isagonia: et tetragonia: et etiam plura: sed in his equalitas vnitas.

Et sicut de scripsimus in diuisione contrariorum vnum habz idem: et simile: et equale. Et multum habet diuersum: ⁊ dissimile: et inequale. Cum igitur dicitur idem multis modis: quorum vnus est numerus quem forte dicimus idem: et etiā si fuerit vnū per diffinitionem ⁊ numerum. Aut sicut illud quod dicitur idez secundum formam ⁊ numerum etiā: et ēt si diffinitio que est substantie fuerit vna. Aut sicut dicitur q̄ linee equales sunt linee re

UVA. BHSC. IyR_117

ete idē: ⁊ silr figure quadrāgule equales: qm̄ anguli eaꝝ sunt eq̄
les. ¶ Qm̄ ⁊ si sint plures: sed tm̄ equalitas in istis est vna.
¶ Et iam numerauimus cum diximus propria oppositorum: ⁊ diximus 1●
q̄ idem et simile. i. in quo non est diuersitas secunduz qualitatē: ⁊ equale
in quo non est additio n eqꝝ diminutio sunt propria vni: ⁊ q̄ opposita: istis
s. diuersum ⁊ dissimile ⁊ inequale sunt ꝓpria pluri: vnum igit opponit plu
ri ꝑm istos modos. ¶ D. d. cum igit dr̄ id multis modis. i. q̄ tam predi
cumus q̄ idem dicitur multis modis: necesse est vt vnuz opponat pluri oī
bus illis modis. Quoruz vnus est vt existimant q̄dā. s. q̄ entia non distin
guntur nisi propter hoc q̄ sunt numer⁹: ⁊ ꝑm hoc demonstratū Linea sr
est vnum: qz distinguitur per vnitatem numeralem que est ipm̄: ⁊ silr mul cualis nō
tum demonstratum non est multum nisi per multitudinem nūeralē: ita q̄ pōt eq̄rili
hec dictio duo demōstrata nō sunt duo nisi propter dualitatem numeralem: nee recte
et ratiocinabantur ad hoc ex hoc q̄ alij dixerūt. s. q̄ numerus est ꝑor māli nz ñ recta
ter numeratis: ⁊ vnitas numeralis vno. Continuū autem vr esse vnū per nō recte.
vltima terminantia: qm̄ corpus terminat a superficieb⁹: ⁊ superficies a lineis: Uidoppo
et linea a punctis. ¶ D. d. et ēt si fuerit vnū ꝑm diffōnem ⁊c. i. ⁊ dicit vnum sitū i pdi
illud quod est vnum ꝑm formam ⁊ mām: vt callias demonstrat⁹: quoniam camentis
forma eius est vna. s. indiuisibilis: ⁊ silr mā eius. ¶ Dei. d. et etiā si diffō vbi dr q̄
que est substātie ⁊c. i. ēt illa q̄ numerūt in diffōne sbali dr̄ vnū: vt dr q̄ li draturaz
nee recte sunt equales ecōtrario de lineis nō rectis eū nō rectis. Linea em circuli sci
arcualis nō pōt equari linee recte: neqꝝ nō recta nō recte. ¶ D. d. et silr figu bilēnōdū
ra ⁊c. i. silr q̄ diffinit figuras rectoꝝ angulox: qz sunt ille q̄ hnt quatuor tū scitā.
angulos eq̄les. ¶ D. d. qm̄ si fuerint plres ⁊c. i. qm̄ figure hntes q̄tuor angu
los rectos: ⁊ si hnt plres spēs tm̄ inuenūt in hoc: qm̄ anguli eaꝝ sunt equa
les: ⁊ silr linee recte: ⁊ si hnt plres spēs: tm̄ inuenūt i hoc q̄ recipiūt eq̄litatē.
¶ Similia vero si non sint eadem simpliciter entia: nec ꝑm sub
stātiam in dria subiectiua: sed si ꝑm speciem eadez sint: vt malus
tetragonum minor sit: ⁊ inequales recte. Ne namqꝫ similes q̄
dem: eedem vero simpliciter non. Alia si eandem speciem haben
tia in quibus maius ⁊ minus sit: nec maius sit nec minus. Alia si
sit eadē passio ⁊ vna spē: vt albū valde ⁊ minus: silia dr̄ eē quia
vna spēs ipsoz̄. Alia si plura hnt eadē q̄s altera: aut simplr: aut
q̄ in pmptu: vt stannū argēto: vel auro ignis: aut rubicūdū: aut
ruffum. ¶ Quare palā q̄ diuersum ⁊ dissimile multipliciter dicitur
et hoc quidem aliud oppositē ⁊ idem. Propter qō omne ad oīne
aut idem aut aliud hoc autem: si non ⁊ materia ⁊ rō ē vna. ¶ Qua
propter ⁊ tu ⁊ ꝓpinquus diuersus. Tertiū aūt vt que in mathe
maticis. ¶ Diuersum quidem igitur aut idē per hoc ad omne dr̄ y
quecunqꝫ dr̄ ⁊ vnū ⁊ ens. non enim cōtradictio est eiusdē. Qua Oē ad oē
propter non dicitur in non entib⁹: nō idē aūt dr̄. In entibus ve/ aut idem
ro omnibus dr̄. Aut enim vnum aut nō vnum aptū natū ⁊ ens ⁊ aut aliud
vnum. Diuersum quidem igitur et idem ita opponuntur.
¶ Et dicuntur consimilia cum non fuerint idē simplr: ⁊ nō fue
rint non diuersa per lineam cōpositā ꝑm formā: ⁊ fuerint idē. U.
gratia q̄ quadrāgulus maior est consimilis quadrāgulo minori
et linee que sunt non equales etiam sunt cōsiles. Illa autem que

UVA. BHSC. IyR_117

sunt idem nō simpliciter: sed hñt formā que est eadem: ⁊ est in eis magis ⁊ minus cum nō fuerit magis ⁊ minus. Et quedam cum fuerit passio eadem in forma: vt album valde: ⁊ minus dr̄ consimillia: qz forma eorum semper est vna. Et quedam cum in eis fuerint idē magis q̄ diuersa: aut simpliciter: aut facilis esse: aut stannum argento ⁊ auro: qz est ruffum ⁊ igneum. Ergo manifestum est q̄ diuersum etiā ⁊ dissimilem dr̄ multis modis: et q̄ aliud et idem dr̄ p̄m opinionem in situ: ⁊ ideo omne dicitur aut idez aut aliud. Et quedam qñ materia ⁊ diffinitio non fuerint vnum: ⁊ iō compositum etiā est diuersum. Et tertium sicut illud quod est in mathematicis. Diuersuz esn aut idē propter hoc vtrūq; in respectu vnīuscuiusqz aliorū: ⁊ sunt oia que dr̄ vnū ⁊ ens. Nō esn cōtradictoria est idē. ⁊ ideo non dr̄ in eis que nō sunt nō idē aut dr̄: in oibus vero entibus dicit. Unū esn aut erit vnū nāliter: aut nō erit. Unū esn dr̄ de ente naturaliter: et de ente p̄ accñs. i. vnū artificiatū. sicut scānū: aut erit vnū naturaliter aut nō erit: ⁊ ens vnū ⁊ diuersum idem p̄m hoc opponuntur sibi in situ.

11 ¶Cum declarauit q̄ vnum ⁊ multum opponūtur p̄m oppositionem eiusdē
3 et diuersi ⁊ similis et dissimilis: et declarauit fz quot modos opponūtur similе ⁊ dissimile. ¶Et. d. ⁊ dr̄ ꝓsimilia ⁊c. i. ⁊ dr̄ ꝓsimilia cū nō fuerint idez p̄m formā: neq; etiā fuerint diuersa p̄m formas per diuersitatem linearum et quibus componuntur vt diuersitas triāguli a quadrato. D. d. exemplūz ⁊. d. U. g. qz quadrangulus maior ⁊ minor qui sunt consimiles in forma ⁊ in alia translatione. U. g. qñ quadrangulus magnus est similis quadrangulo paruo. i. quoniam figure proportionales non sunt eedem. U. g. quoniam duo quadranguli equales dr̄ esse idē: et nō dicuntur esse consimiles et similiter nō dicitur q̄ quadrāgulus et figura oblonga rectorum angulorum ⁊ equalium laterū sunt cōsimiles. ¶D. d. ⁊ linee que sunt inequales i. et linee recte nō equales in istis figuris ꝓsimilibus sunt etiā ꝓsiles. i. proportionales. ¶D. d. que aūt p̄m eadē simplr̄ ⁊c. i. et dicuntur proportionalia illa q̄ cōueniūt in formā nō simplr̄: sed conueniunt in forma p̄m magis et minus. ¶D. d. ⁊ q̄dā qñ passio ⁊c. i. ⁊ dicūtur ꝓsilia illa quoꝝ passiones. i. qualitates sunt eedem in forma: sed diuersantur p̄m magis ⁊ minus. Dr̄ enim cōsimilia alio modo a primo: quoniā subiecta diuersantur fz magis et minus fz accidētia: et illa diuersantur p̄m magis et minus in hoc q̄ sunt vt decem predicamenta. ¶D. d. et quedam qñ in eis ⁊c. i. et dr̄ cōsimilia illa in quibus dispōnes cōuenientes sunt magis q̄ diuerse aut simpliciter: aut q̄ nñt esse per artificiū cōueniētia in pluribus dispositionibꝰ leuiter ⁊ facile vt stānum et argētum: qñ p̄ artificiū nñt esse ꝓueniētia in pluribus dispositionibus: ita q̄ existimabitur stānum esse argentum: et silr̄ cuprū cū auro. ¶D. d. ergo manifestum est q̄ diuersum ⁊c. i. et cum diuersum opponitur eidē: et idē dicit multipliciter: manifestū est etiā q̄ diuersum dr̄ multipliciter: et silr̄ consilr̄ dr̄ multiplr̄: manifestū est q̄ dissimile dr̄ multiplr̄. ¶D. d. et aliud autē ⁊ idē ⁊c. i. et diuersuz autē et idē sunt opposita fz pōnē fcz q̄ cū alterū ponit aufert reliquū. D. d. ⁊ quedā cū mā ⁊ diffinitio nō fuerit eadem. i. et quedam dr̄ diuersa qñ diuersantur in materia et forma: et hoc est oppositum eidem. s. vno in materia et forma. D. d. et iō oppositum etiā est diuersum. i. et iō oppositū huic modo vnꝰ est nō vnꝰ. ¶Et intēdis

UVA. BHSC. IyR_117

q̄ iste modus nō diuidit in verū ⁊ falsum: nisi inter duo existentia. ¶ D. ⁊ tertiū est sicut illud qō est in mathematicis. idest ⁊ tertius modus in quo inuenitur iste modus positus. s. idem ⁊ diuersum est illud qō est in mathematicis: vt dicim⁹ simul aut dissimile. ¶ D. diuersum aūt ⁊ idē ꝓpter hoc ⁊c. i. ⁊ ideo diuersum ⁊ idē nō opponūtur nisi inter duo existētia qñ cōparatur vnū ⁊ alterū. ¶ D. ⁊ est oē qō dr̄ vnū ⁊ ens. i. vnū aūt qō est synonymū cū ente nō opponit̄ ei qō est nō vnū: qm̄ diuersuz est illud qō dr̄ in respectu vnius ad vnū: ⁊ ideo nō opponit̄ vni hoc qō dr̄ hoc nomē ens: cū dicim⁹ aut est ens: aut nō est ens: sed opponit̄ oē qō est p̄ter illud de entib⁹ vt dicimus: aut est vnū aut multū. ¶ Et cū. d. q vnū qō est synonymū cū ente opponit̄ multo. ¶ D. causaz in hoc: ⁊. d. qm̄ vnū: aut est vnū naturaliter aut multū: qm̄ oē vnū aut est vnū naturaliter aut multa: vnū em̄ ꝑ artificiū vt scānū est multū: q⁊ est vnū per accidēs: ⁊ vnū ꝑ accidēs est multū: ⁊ ideo dicit verū ⁊ falsum de omni dicere ſm hoc significatū huius nominis vnū: aut est vnū aut multū: scānum em̄ est multū nō vnuz naturaliter. ¶ D. d. et ens vnū. i. naturaliter. ¶ D. d. ⁊ diuersum ⁊ idem ⁊c. idest ⁊ idem ⁊ diuersuz ſm hoc opponuntur sibi perfecta oppositione econtrario de eodem ⁊ diuerso que dicuntur in respectu alicuius ad aliud vnum. Scānum est multū nō vnū naturaliter. Diuersuz ⁊ differēs differunt.

¶ Differentia vero ⁊ diuersitas aliunde. Diuersuz enim ⁊ a quo est diuersum nō necesse aliquo esse diuersum. Omne nāq; aut diuersum aut idem quodcūq; est ens differēs vero ab aliquo sane differt. Quare necesse ipsuz idē aliquid esse quo differūt. Hoc autem idem ipsum genus aut species. Omne nāq; differens differt aut gñe aut specie. Genere quidē quozū nō est cōmunis materia: nec gñatio adinuicē: vt quozūcūq; alia figura cathegorie. Specie vero quozū idem est genus: dicitur aūt genus ſm q̄ ambo idem dicuntur ſm substantiam differentia. A Que gñe dr̄ia. Que spe cie dr̄ia.

¶ Diuersitas autem ⁊ alietas alio modo. Quoniam diuersum: ⁊ illud cuius est diuersum nō est necesse vt sit diuersum a re. Omne em̄ ens aut est diuersum aut idem. Que autē differunt ab aliquo per aliquid differūt. Ergo est necesse vt sit aliq̄d idez per qō nō differt: ⁊ hoc est genus aut forma. Omne em̄ differēs differt p genus aut formā. Per genus aūt illa q̄ nō hñt mediū mām cōem neq; gñant ex inuicē: vt oīa quoz figura predicamenti est aliud. Per formam vero illa quorum est genus idem. Et dicitur genus illud quod est idem per substantiam omnia diuersa.

¶ Diuersa aūt et non diuersa opponuntur sibi alio modo ab eo ſm quem opponitur idem. ¶ D. incepit dare differentiam ⁊. d. diuersuz em̄ ⁊c. i. diuersum qō opponitur eidem non est de capitulo ad aliquid: uta q̄ si diuersum ab aliquo vt differens est differens ab aliquo ⁊ conuenies: conueniens alicui. ¶ Deinde dicit oē ens ⁊c. i. oīa em̄ duo entia aut sunt diuersa aut idem. ¶ D. illud autē quod differt ⁊c. idest ⁊ q⁊ differens differt per aliquid necesse est vt illud qō nō differt cōueniat cum illo per quod fuit differentia: ⁊ vt illud in quo conuenit sit illud per quod differt. Si igitur aliqua conuenientia conueniunt ſm genus: aut ſm formam: necesse est vt illa que differunt: differant aut ſm genus: aut ſm formā. ¶ D. d. ſm autē genus illa que nō hñbent ⁊c. idest et illa que differūt ſm genus sunt illa que nō hñt materiā cōmunē neq; transmutantur adinuicē. ¶ D. hoc q⁊ illa que transmu 12

UVA. BHSC. IyR_117

Illa ꝙtrāſ tank adinuicē hñt materiā cōmunē. ¶D.d.vt oia quorū figura predicamē mutāt ad ti eſt alia.i.vt oia q̄ ſunt ſub diuerſis predicamētis:vt linea:z album. Iſta inuicē hñt eñ nō cōuenīūt in aliquo genere:q̄ vnū z ens nō ſunt genera vera:z ideo māz cōez. nō trāſmutank adinuicē. ¶D.d.z per formā vero zc.i.illa eñ que differunt Idē ꝓmo per differentias formales ſunt illa quorū genus vnū. ¶D.deſcripſit ipſum de gñatio genus:z.d.dī genus zc.i.z dī genus illud qđ eſt ꝑdicabile de diuerſis ſz q̄ ne. 43. et eſt vnūquodq̄ eorū.iſta eñ eſt diſpoſitio predicabilis ſubſtantialis. 53.

¶Contraria vero differentia ſunt:z contrarietas eſt differentia quedam. Quod autez hoc bene ſupponimus palam ex inductione:quia eñ differentia z eadem vñr z nō ſolū diuerſa entia. Sed hec quidem genere diuerſa.hec autem in eadem copulatione categorie:quare in eodem genere z in eadem ſpecie. Determinatum etiam autem in aliis que ſunt genere eadem aut diuerſa.

B Hic ſumi ſolet diffō 2.rationē.

¶Capitulum Quintum.

Quoniam autem differre contingit abinuicem differētia plus z minus:eſt aliqua maxima differentia. Et hanc dico cōtrarietatem. Quia vero maxima eſt differentia palam ex inductione: genere nāq̄ differentia non habent viam inuicem: ſed diſtant magis et incomparabiliter. Differentibus vero ſpecie generationis ex contrariis ſunt vt vltimis. Ultimorum vero diſtantia maxima eſt. Quare z que contrariorum. At vero maximum in vnoquoq̄ genere perfectum. Maximum enim cuius non eſt exceſſus. Et perfectum cuius non eſt adhuc extra ſumere aliquid poſſibile:finem enim habet perfecta differentia ſicut z alia:eo q̄ finem habeant perfecta dicuntur. Nihil autem extra finem. Ultimum autem in omni:z continet. Propter quod nihil extra finez:nec eget aliquo quod eſt perfectum.

C Maximū vnoquoq̄ gñe eſt ꝑfectum.

¶Quoniam autem z contrarietas eſt aliqua diuerſitas:manifeſtum eſt ex ſequentibus q̄ bene fuit hoc poſitum:omnia enim videntur eſſe differentia et non illa que ſunt diuerſa tantum. Sed quedam ſunt diuerſa ſm genus:z quedam per ordinē vnius predicamenti. Ergo ſunt in eodem genere:z ſunt eadem ſm genus. Et determinatum in aliis locis que ſunt ſm genus idem aut diuerſa. Et cum poſſibile eſt vt differunt abinuicem differentia maiori z in minori:manifeſtum eſt q̄ aliqua differentia maxima eſt: quoniam illa que differunt ſm genus impoſſibile eſt vt ſint ex inuicem:ſed diſtant magis:z non conuenunt. Illa autem que differunt ſm formam generantur ex contrariis:quia ſunt maiora:z diſtantia aliarum rerum eſt maxima diſtantia:ergo diſtantia cōtrariorum eſt:ſed maximum in quolibet genere eſt perfectum. Maximum enim eſt illud cui non eſt additio. Perfectum vero extra quod nihil eſt. Diuerſitas enim habet perfectionē:ſicut alia etiā dicuntur perfecta que habent complementum:z nihil eſt cōtinēs extra perfectionem vltimū:ſicut ens:z eſt continens:z ideo nihil

D Maximū quid. Perfectū quid.

UVA. BHSC. IyR_117

est extra perfectionem: ⁊ perfectio nulla indiget omnino.

Quoniam aũt bene posuimus q̃ cõtraria ⁊ cõtrarietas est alia differentia manifestũ est ex sermone sequẽti. s. ex inductiõe. 13

Cũ.d. oĩa em̃ vident ⁊ c.i. appet em̃ q̃ oĩa q̃ dñr eẽ dĩa ⁊ nõ ,cõueniẽtia nõ dĩ hoc in illis q̃ sunt dĩa simplr: ſz in eis q̃ sunt dĩa aut ꝑm genus: aut diuersa ꝑm formã tm̃: ſz quedã ꝑm genus: ⁊ q̃dã ꝑm formam. Cũ.d. ergo sunt in eodẽ gñe ⁊ c.i. ergo illa que sunt dĩa sunt q̃ nõ cõueniũt in eodẽ gñe: ⁊ q̃ sunt ꝙueniẽtia cõueniũt in eodẽ gñe. Cũ.d. ⁊ determinatũ est in alijs. i. ⁊ distincti sunt superi⁹ modi rerũ q̃ sunt eedẽ ꝑm genus: aut diuerse ꝑm genus. Cũ.d. cũ igit̃ ponẽ est ⁊c.i. ⁊ ponẽ est vt res differãt abinuicẽ magna dĩa ⁊ parua: manifestũ est q̃ dĩa q̃ est in fine est maxima dĩa. Cũ.d. qm̃ illa que differũt ꝑm gen⁹ ⁊c.i. illa ꝙ q̃ differũt in gñe nõ agũt in seinuicẽ nec̃ sunt cõtraria: ſz distãt abinuicẽ ⁊ in rei veritate nõ sunt dĩa: dĩa em̃ agũt in seinuicẽ: illa ꝙ q̃ differũt ſz formã aut sunt cõtraria: aut sunt illa quorũ generatio est ex cõtrarijs: ⁊ sunt cõtraria q̃ cõtraria sunt maiorĩs ꝺistãtie ĩnesse quẽadmodũ illa q̃ sunt dĩa ꝓxa in loco sunt illa quoꝝ distãtia est maxima. Cet debes scire q̃ hec diffõ est cõtrariorũ ꝓpter cõtrarietatẽ q̃ est in loco. distãtia em̃ in loco est maxima. s. cẽtri ad ꝺcircũferẽtiã: ⁊ ꝺista distantia est causa in cõtrarietate ꝺbarũ corporũ ꝓpriorũ illis locis. ⁊ iõ dictũ est in diffõne cõtrariorũ simplr q̃ sunt illa inter q̃ est distãtia in eẽ maxia. Cũ.d. ſz maximũ ⁊c.i. si distãtia maxima in quolz gñe. s. distãtia in loco ⁊ distãtia in qualitate ⁊ forma est pfecta. Cũ.d. maximũ em̃ est illud cui non est additio. i. ⁊ illud cui nõ est additio. i. ⁊ illud cui nõ potest fieri additio est cõplementũ. Cũ.d. ⁊ cõpletũ est extra qõ nihil est. i. ⁊ ꝺillud extra ꝺquod nihil est: est cõpletũ. ergo distãtia que est inter res cõtrarias ⁊ differentes est ꝺdistantia cõpleta. Cũ.d. ⁊ est cõtines. s. cõpletũ: ⁊ ideo nihil est extra cõpletũ ideſt qz est cõtinens ⁊ cõpletũ nullo indiget oino. ideſt nullo addito.

Documẽtum. Idem. ſ. me. cõ. 4. Cõtrarie tas i ꝺloco est cã i cõ trarietate ꝺbaꝝ corporũ ꝓpriorũ ĩstis locis. oppo. ſ. ph. 2. 10

¶Quod quidẽ ergo contrarietas est differentia perfecta: ex his palam. ¶Multipliciter autem dictis contrarijs sequetur q̃ perfecte ita sicut vtiqz quod est contrarijs esse extiterit ipsis. Ilis autẽ entibus palam q̃ non contingit vni plura contraria esse. Nec em̃ vltimo vlterius. Et erit vtiqz aliquid. Nec distantie vnius plura sunt q̃z duo vltima. Totaliter autem si est contrarietas ꝺ differẽtia: differẽtia vero duorũ: quare ⁊ perfecta. Necesse autem ⁊ alios terminos esse veros contrariorum. Etenim plurimuz differt perfecta differentia. Genere autem differentibus non est magis extra accipere hys que specie. Ostensum est em̃ quia ad ea que sunt extra genus nõ est differentia. Horum autem hec maxima. Et in eodem genere plurimum differentia contraria: maxima nãqz differentia horum que perfecta: et que in eodem susceptibili plurimum differentia. eadem enim est materia cõtrarijs: ⁊ que sub eadem potentia plurimum differentia. etenim scientia circa vnum genus que vna: in quibus perfecta differentia maxima.

vbi nõ ꝓdicitur contrarietatẽ aliq̃ in ſbijs. Nõ ꝓtingit vnipla contraria esse.

¶Quoniam autem differentia completa contrarietas est: manifestum est ex istis: ⁊ cum contraria dicuntur multis modis accidit eis vt sint completa hoc modo: ꝑm q̃ est eis essentia vt sint cõtraria etiam: ⁊ cum omnia ista sint manifestum est q̃ impossibile est

Eadẽ est mã contrarijs.

UVA. BHSC. IyR_117

et vnum habeat multa contraria. Nullum enim est magis posterius q̄ postremum: ⁊ vna dimensio non habet plus q̄ duo vltima: ⁊ vniuersaliter si diuersitas est differētia ⁊ diuersitas est duorū: ergo ⁊ cōplementū etiā: ⁊ necesse est etiā diffōnes cōtrariorum postreme sint vere: diuersitas eñ cōpleta habet diuersitatem maximam. impoſe est eñ vt aliq̄d sit magis distās in diuersis ꝑm genus ⁊ formaz. Declaratum est igit̄ q̄ diuersitas nō est in eis que sunt extra genus: ⁊ q̄ hoc in eis est maximū: ⁊ q̄ maxime diuersa in vno gñe sunt cōtraria. diuersitas eñ maxima in istis est diuersitas cōpleta: ⁊ etiā diuersitas maxima diuersitate q̄ sunt in eodem gñe. Cū materia est eadē cōtrariorū: ⁊ q̄ sunt in eadē potētia sunt diuersitate maxima diuersa. Eadē eñ scia est in eodē genere: ⁊ in eis est completa diuersitas ⁊ maxima.

84. ¶ Manifestū est igit̄ ex sermonib⁹ p̄dictis. ſ. q̄ diuersitas q̄ est in cōtrarietate est diuersitas cui impoſe est addere in illo gñe neq; vt aliq̄d ullius gñis sit extra illud: ⁊ qō est tale est cōpletū in distātia: ergo cōtrarietas est diuersitas cōpleta. ¶ W. d. ⁊ cū cōtraria dicūtur ꝛc. i. ⁊ cū sit declaratū q̄ cōtrarietas est diuersitas cōpleta ꝑz q̄ est ꝓtrarietas. Cōtraria aūt dicūtur multis modis: vt dictū est superius: manifestū est q̄ diuersitas inter modos eorūz dz esse cōpleta ꝑm essentiā cōtrarij ꝑm q̄ est cōtrarium qm̄ si fuerit in loco: tūc diuersitas in loco erit pfecta: ⁊ si fuerit in forma tūc diuersitas i forma erit cōpleta: ⁊ si sunt in q̄litate erit cōpleta. ¶ Et cū declarauit hoc: incepit declarare q̄ ꝓtrariū vnū hz cōtrariū: ⁊ hoc vtiq̄ in celo ⁊ mūdo tāq̄ sumpto ⁊. d. ⁊ cū ita sit manifestū ꝛc. ⁊ hoc intellm est p se. ¶ W. d. demōstrationē: et d. q̄m nō aliq̄d erit ꝛc. i. qm̄ positū est q̄ cōtrariū est in extremo vltime distātie: ⁊ vltimū nō est nisi vnū quēadmodū ⁊ primū: ⁊ iō. d. distātia nō hz ꝓtra q̄ duo. ſ. q̄ duo vltia. ſ. p̄ncipiū ⁊ finē. ¶ W. d. vlr ꝛc. i. vniuersaliter si cōtrarietas est diuersitas: ⁊ diuersitas est duoꝝ: manifestū est q̄ diuersitas eorū ē cōpleta. W. d. ⁊ necesse ē et ꝛc. i. manifestū est ex hoc ſmōe q̄ diffō ꝓtrariorū quenit diuersis: marie i eodē gñe: ꝓtraria eñ sūt illa quoꝝ diuersitas ē cōpleta: ⁊ diuersitas cōpleta ē posſq̄ nō ē maior: ⁊ nulla diuersitas ē maior q̄ illa q̄ sūt i eodē gñe: qm̄ iter illa q̄ sunt diuersa ꝑz genꝰ ⁊ formā nō

a Inter il la q̄ sūt di uersoꝝ ge nerū non accidit cō paratio.

b Iō. 7. ph. tex. cō. 27

sicut nō accidit mēsura iter diuersas magnitudines i gñe. W. d. declaratū est igit̄ ꝛc. i. declaratū est igit̄ q̄ nō inuenit diuersitas cōpleta in eis q̄ nō sunt in eodē gñe: qm̄ diuersitas q̄ est iter illa est maxima: ⁊ est declaratū et q̄ illa sunt in eodē gñe: q̄ maxie differūt i eodē sunt ꝓtraria: ⁊ est ecōtrario sermōi dicēti q̄ ꝓtraria sunt in eodē gñe: ⁊ q̄ sūt maxie dſa i illo gñe. ¶ W. d. ⁊ et dſa ꝛc. i. et ē declaratū q̄ illa q̄ maxie differūt sunt in eodē gñe: ⁊ q̄ dſa eoꝝ est completa. ¶ W. d. mā eñ eoꝝ ꝓtrariorū ꝛc. i. ſigt̄ q̄ illa q̄ sunt in eodē gñe sunt cōtraria hic q̄ mā recipit cōtraria: ⁊ q̄ illa que sunt in potētia in eodē loco sunt diuersa maxima diuersitate: ⁊ ideo eadem est scientia contrariorum.

¶ Capitulum Sextum.

Xima vero ꝓtrarietas habitus ⁊ priuatio est: sed nō oīs priuatio. Multipliciz enim dī priuatio: sed quecūq̄ pfecta fuerit. Alia aūt cōtraria ꝑm hoc dicenī: hoc q̄ dē per habere: illa vero p facere aut factiua esse. Alia aūt p acceptiōes esse ⁊ abiectiōes horū: aut aliorum

UVA. BHSC. IyR_117

ꝓtrariorū. Si ergo opponūtur cōtradictio priuatio ⁊ ꝓtrarietas: ⁊ ad aliqd. Horū aūt primū cōtradictio. Cōtradictiōis aūt nihil est mediū. Cōtrariorū aūt cōtingit. Quod quidē nō idē contradictio ⁊ cōtraria palā. Priuatio vero cōtradictio quedā est: aut eñ qō impoſe totaliꝫ habere: aut si qō aptū natū habere non habeat priuatū: aut totaliter: aut aliqualiter determinatum est. Multipliciter enim iam hoc dicimus: sicut diuisum est a nobis in aliꝭs. Ergo priuatio quedam est contradictio: aut in potentia determinata: aut concepta cum suſceptiuo. Quapropter contradictionis quidem non est medium: sed priuationis alicuius est. Equale nā ꝙ aut non equale omne. Equale vero aut inequale nō omne: nisi solum suſceptiuo equalitatis. Cōtradictiōis nihil est medium.

¶ Et prima cōtrarietas est habitꝰ ⁊ priuatio: ⁊ nō oīs priuatio: qm̄ priuatio dr̄ multis modis: sed illa que est perfecta. Alia vero cōtraria talia dicūtur de talibꝰ istis: quedā eñ q; habēt: ⁊ quedā q; agunt: ⁊ q; habent agentia: ⁊ quedā q; sunt diminutio: ⁊ etiaz ista ⁊ alia cōtraria. Et si opponūtur ſm oppoſitionē cōtradictoria: ⁊ cōtraria: ⁊ priuatiua: ⁊ relatiua: et cōtradictoria sunt prima istorū: ⁊ nullū mediū est cōtradictoriorū. Contraria vero poſſunt habere mediū. Manifeſtū est igit̄ ꝙ cōtradictoria ⁊ cōtraria nō sunt idē. Priuatio aut̄ est cōtradictio quoquomodo: qm̄ si illud qō nō habet potentiā vt omnino sit ⁊ illud qō nō habet istud qō naturaliter dz habere est priuatio: aut vl̄r: aut aliquomodo singulari. Qm̄ hoc dicitur multis modis: sicut diximus in aliꝭs locis. Ergo priuatio est contradictoria que diſtincta est ſine potentia accepta cum recipiente: ⁊ ideo non est medium inter contradictoria. Alia autem priuatio non habet medium. Equale vero illud quod non est equale. Equale vero totum equale non totum: sed si fuerit in receptione equalis.

15
si vnū sūz citer existēs in actu: tunc esset ipossibile ⁊ non receptiuum: quod eniz actu ē ipole vi non recipitaliquid quod est in actu ꝑm q est in actu. ¶Unde natura hui⁹ de oppm subiecti recipiētis substātiales formas. scz ꝓme materie necesse ē esse na 3.ce.67. turaz potentie. scz q potentia est eius differentia substantialis: ⁊ ideo nul Idē.1.ph. lam habet formam propriam: ⁊ naturam existente in actu: sed eius sub 69. stātia est in posse: ⁊ ex hoc materia recipit oēs formas. Sed posse quo sub Potētia ē stantiatur hoc subiectū differt etiaz a natura subiecti qđ substātiatur per dria sbāl hoc posse: in hoc q posse dicitur respectu forme. hoc autez est subiectū vnū mäe. vide entiuz: hoc autez subiectū est elementuz vnum eternuz existentium per se: oppm.1. quoruz substantia est in potentia per se. ¶Et ideo difficile est intelligere ph.cō.70. vel imaginari materiam nisi in comparatione ad alterū: sicut dicit Arist. ¶Et qñ inuenit substātiales formas diuidi ꝑm diuisionem huius subiecti. Diuisio autez nō est huic subiecto nisi inquantum habet quantitatem. sci uit antē q principiuz eorum que existunt in hoc sunt tres diuisiones que dicuntur corpus: ⁊ cum inuenit in eis dimensionibus cōmunicari formas oēs: quarū quelibet habet quantitatez terminatam propriam scinit dimē siones terminatas vltimo actu nō posse eē nisi posqz forma substantialis est in eo: sicut est dispositio de alijs accidētibus exñtibus in actu. Inuenit etiam q substantia oium accñtiū sunt indiuidua subsātie que sunt in actu de quibus declaratuz fuit ab eo esse composita ex formis ⁊ subiecto qđ est D in potentia. ¶Et accipit etiā signuz ex hoc q hoc subiectuz recipit accidē Idē.2.de tia cōtingēter in eo quod non est simplex: qm si esset simplex actu non pos aīa.cō.4. set recipere accñtia. pati enim cōtrarium est ipsi actui. ¶Et qz inuenit om 2.3.ce.17. nes formas cōicari in dimensionibus nō terminatis scinit q prima mate 2.72. ria nunqz denudatur a dimensionibus non terminatis: qz si denudaretur tunc corpus esset ex non corpore: ⁊ dimensio ex non dimēsione: ⁊ tunc forma corporalis vel forme corporales essent cōtrarie ⁊ succedētes sibi in hoc subiecto: sicut est dispositio. de formis substātialibus. ¶Et hoc totū conue nit sensui: vt enim q forma caliditatis qñ agit in aquam incipit aqua au geri ⁊ crescere in dimensionibus: ⁊ vicinari dimensionibus aeris. Cum igi tur peruenit ad maximam quantitatem aque: tunc subiectum eius denuda tur a forma aque ⁊ quantitate dimensionū aque propria: ⁊ recipit formas aeris ⁊ quantitatez dimēsionuz propriarū forme aeris. ⁊ similiter facit cōtrarium forma frigiditatis in aere. ſ. q dimensiones aeris non cessant dimi nui donec spolietur a sua forma ⁊ recipit formam aque. ¶Dimēsiones au E tem simplices que appellantur corpus simplex nō denudātur a prima ma teria: sicut nec alia accñtia communia omnibus corporibus contraria: aut duobus eorum ad plus. ¶. g. diaphanitas in qua cōcant ignis ⁊ aer: ⁊ qz illa forma. ſ. forma dimensionis non terminate existit prima in materia pri mitus ⁊ succedit sibi in ea: ideo impossibile est hoc subiectū recipere duas earum in eodem subiecto existenti terminate quantitatis: ideo impossibi le est a subiecto denudari formam ⁊ subiectum denudari a forma nisi per forme destructiones. neqz etiam est possibile ipsam fieri in subiecto nisi per agens extraneus illam de potentia in actu. vnde necesse est has formas eē contrarias adeo q altera corrumperet suam contrariam ⁊ subiectum reci peret formaz similem. vnde forme elementoruz sunt contrarie: et ideo pas siua dicuntur quodāmodo esse contraria ⁊ quodammodo esse similia. ¶Unde si aliqua corpora simplicia sunt quoruz forma caret cōtrario con tingit q ille forme sint nec gñabiles nec corruptibiles nec habentes subm cōe. ¶Declaratū est igitur q cā corruptionis entium ⁊ factionis eoruz est contrarietas existēs in suis formis: ⁊ cōe subiectuz quod nullaz hz ꝓpriam

UVA. BHSC. IyR_117

formã: sed est potẽtia recipiẽs nũerũ ꝑm formas diuersas in spẽ: z nũerus F
ꝑm formas diuersas nũero z q̃ sunt ꝑm magis z min⁹. ¶Et cã hui⁹ toti⁹ est
q hoc sbm recipit ꝑmit⁹ dimẽsiones recipiẽtes dimẽsionẽ terminatã: z qz
ẽ imꝑtũ in potẽtia. ¶Qm si nõ hret dimẽsionẽ nõ recipet insil' formas diuer-
sas nũero: neq; formas diuersas spẽ nisi in tpib⁹ diuersis: sz in eodẽ tpe nõ
inueniret nisi vna forma: z cũ hoc q eius mã est vna nũero. ¶Et si nõ eẽt
multa potẽtia nõ denudaret ab illa vna forma quã reciperet z esset forma
in sba illi⁹ sbtie: z istud sbm esset ipse vt denudaret a sua forma oio: aut cor
rũperet illa forma: z alia forma gñaret. ¶Et qz istud sbm nõ recipit mul
tas formas insil' vel successiue nisi ex hoc qõ recipit tres dimẽsiones ꝑmit⁹
manifestũ aũt est q si sbm aliqõ sit qõ nõ recipit nisi vnã formã sp q eius
sbm sit vnũ nũero simplr: z q nulla multitudo est in eo oio: neq; in poten G
tia: neq; in act u. z q nõ diuidit ꝑm formã: neq; forma per eius diuisiones. 8. ph. 78
¶Et q cã in hoc est: qz nõ recipit quãtitatẽ prio añ receptionẽ formaꝝ: qz z. 79.
si recipet eẽt diuisibile ꝑm formã: z forma diuisibilis ꝑm ei⁹ dimensiones
s. ꝑm sbtie diuisionẽ: z finiti eẽnt act⁹ ꝑm finitatẽ illi⁹ quãtitatis. ¶Et esset
pse ĩ ea forma recipe magis z min⁹: ptẽ z totũ. ¶Si igit aliqua forma ẽ
q̃ nõ recipit magis z min⁹: nz diuidit p diuisionẽ subiecti sui: neq; sbm di-
uidit p diuisionẽ forme. s. p ei⁹ diuersitatẽ: manifestũ ẽ q ĩ subiecto istius
forme nõ existũt dimẽsiones ꝑmit⁹: sz postq̃ forma existit. ¶Et intelligo
pu us ꝑm esse. non p ost ꝑm tps: sicut est dispõ in oib⁹ accñtib⁹ in ꝑma mã
s. q nõ inueniuntur in ea nisi ꝑm q hz formã exñtem in actu. ¶Unde pu- C
tauit Aui. q dispositio trũ dimẽsionũ existẽtiũ in mã simplr. s. non termi- D
natarum est dispõ dimensionum terminatarum in ea: quapp. d. necesse e
primã formam existere in prima materia anteq; dimẽsiones existant i ea.
¶Ex quo accidunt ei multa impossibilia: quorum vnum est formam non
diuidi per diuisionẽ materie: quapp nõ recipiet diuisionẽ. ¶Et ipam esse
eternam non diuisibilẽ per diuisionẽ sui subiecti. ¶Et ipsam nõ habere cõ
trarium sibi succedens in eodem subiecto: quod si ita eẽt: tunc mã nullam
reciperet formam preter istam sibi primam. ¶Cum igitur fuerint declara
ta ab Aristote. ista propria rebus generabilibus z corruptibilibus ex par H
te subiecti z ex parte forme: ex quib⁹ accidit istis entibus sensibilibus ge j. c. a. t. cõ
neratio z corruptio scilicet indiuiduis existentibus per se. ¶Et fuit decla 124. vsq;
ratum de corpoꝛibus celestibus ipsa esse neq; generabilia neq; corruptibi in finem.
lia: negauit ea habere subiectum recipiens numerum: z diuisionem per exi
stentiam simplicium dimensionum in eo primo ante existentiam forme: z
ipsam esse in potentia multum et vnum numero: z negauit formas corpo
rum celestium diuidi per diuisionem subiecti sui: z esse finitarum actionuꝝ
per finitatem eoruꝝ corpoꝛum. ¶Quoniam potentia totius in formis di
uisibilibus per diuisionem sui subiecti est maioꝛ potentia partis. Quia si
forme eorum existerent in mã dimensionib⁹ mediãtib⁹: tunc potẽtie eorũ
essent finite propter hoc qõ diuidunt p diuisionẽ sui subiecti: qñ ergo iuc-
nit eorum actiones esse infinitas concludit formas eorum non esse in sub
iecto mediantibus dimẽsionib⁹: sed eas non esse potẽtia in corpoꝛib⁹ z de
monstrauit ex diuersitate potentie totius: z partis in formis diuisibilib⁹
per diuisionẽ sui subiecti. Impossibile est enim potẽtiam infinitã esse in corpe
finito que agat actionem infinitam: aut potẽtiã finitã in corpe infinito.
¶Et cuꝝ fingebatur in istis propositionibus z inuenit potentias celestes
agere actionẽ infinitã: concluꝫit mediãtibus dimẽsiõib⁹ has virtutes nõ esse
in corpoꝛe oio: neq; habere materiaꝫ recipientẽ eas mediantib⁹ dimẽsio-
nibus: neq; mãm multã in potẽtia neq; recipe magnũ z puũ: neq; habere

UVA. BHSC. IyR_117

J contrariu m: ꝛ totum hoc sequitur ex hoc ꝙ forme eorum agunt actiõe in
j. cel. 20. finita: ꝛ omne hoc est probatũ in nãli phia. ¶ Et cum fuit pscrutat⁹ etiã de
21.22.23. natura istorum corpor in primo ce. ꝛ mũn. declarauit ipsa esse simplicia ex
24. hoc ꝙ motus eorum sunt simplices: et ꝙ natura eor est neq; grauis neq;
leuis. i. natura nõ inata disponi per grauitatẽ ꝛ leuitatẽ: ꝛ cum fuit decla-
j. c el. 24 tum ei ꝙ corpora grauia ꝛ leuia sunt contraria: qz motus eor sunt cõtra-
rij. ¶ Amplius ꝛ ꝙ motus corpor celestium non hñt contraria: concluſit
h corpora esse ingenerabilia ꝛ incorruptibilia: ꝛ ipsa non habere ſbm recipiens dimensiones prima receptione: ita quod forme sue diuidantur p di-
uisionẽ sui subiecti. ¶ Et hoc intẽdit cũ. d. in pmo ce. ꝛ mun. ꝙ forme horũ
corpor carent ꝓtrario ꝛ subiecto: quẽadmodũ cõcludit hoc idẽ ex hoc: ꝙ
motus eor a principijs q̃ sunt in eis sunt infiniti. Et qz manifestũ est sen-
j. ce. 20. et sui ꝙ corpora celestia recipiũt dimẽsiones terminatas ſbm suas formas:
92. neq; hñt recipere formas mediatibus dimensionibus interminatis: sicut
est dispõ de formis gñabilib⁹ ꝛ corruptibilib⁹: necesse est ea recipere dimẽ
siones tali mõ: ex quo nõ cõtingit formas esse gñabiles ꝛ corruptibiles: ꝙ
est. qz mã eor recipit dimẽsiones prima receptiõe mediatib⁹ illis formis
suis: ꝛ nõ recipit formas mediatib⁹ dimẽsionib⁹ existẽtib⁹ in eis in potẽ-
tia. s. non terminatis: sicut est dispõ in dimẽsionib⁹ que sunt in prima mã
cum forma isti⁹ materie: sed dimensiones que sunt in mã celesti sunt pro-
2 prium proprior eius. ¶ Et cum fuerit declaratum ei de corporib⁹ celestib⁹
4 eorum formas existere in suis subiectis tali existentia ꝙ. s. non diuidũ
7 tur per diuisionem sui subiecti: ꝛ causa in hoc est ꝙ non existunt in sub
iectis ſbm ꝙ sunt diuisibilia: fuit declaratum ei ꝙ iste forme non ꝓstituun
tur per subiectũ: imo sunt abstracte in esse: qm̃ existunt in toto subiecto: et
non diuiduntur per eius diuisionem: contingit ꝙ non ꝓstituunt per ſbm.
Non enim existunt in eo neq; in toto: neq; in parte: ꝛ vlr neq; in diuisibi
li: neq; in indiuisibili: ꝛ cum ita sit necesse est ꝙ forma a qua mouetur sit il
la ad quam mouetur. In formis enim constitutis per sua ſbta differunt. s.
quia forma qua mouentur non est illa ad quam mouent: ꝛ iõ omnis fo-
ma huius. s. que mouetur ad seipsam perficiendam per aliam formam necesse
est vt suum mouere sit finitum cum non mouet nisi quando mouetur.
¶ Et hoc etiam est vnum eorum que mouerũt Aristote. ad opinandum ꝙ
forme corporum celestium non sunt constitute per sua subiecta: quoniam
tunc motus eorum essent finiti. ¶ Et non est dicendum ꝙ forme quib⁹ mo
uentur corpora celestia sint alie ab eis: ad quas mouentur. ꝛ ꝙ iste q̃ dr̃
esse non in materia omino: ꝛ que carent situ sunt forme ad quas mouent
cum tñ ille in quibus mouentur sint forme in materijs: ꝛ sunt diuisibiles p
diuisionez eorum. ¶ Quoniam si ita esset: tunc ille forme existerent in suis
ſbtis: ꝛ mouerentur per motũ ſbtor: ꝛ sic diuiderent ad diuisionem ſbtor:
M motũ em̃ si moueret eẽntialiter erit diuisibile eẽntialr: ꝛ si p accñs p accñs
ergo nihil est in corpib⁹ celestib⁹ quo forma que est motus differat ab ea
ad quã ẽ mot⁹. imo sunt eedẽ forme et iõ differũt nisi i dispõe. ¶ Et si ita
eet: tũc suũ mouere esset finitũ: qđ em̃ mouet qñ mouet impoſe est vt sit pn
cipium motus eterni. vt dicit Aristo. quod intellectus ꝛ intellectum idem
N sunt in corporibus celestibus: ꝛ hoc totum dictum est in alijs. ¶ Et nõ fuit
2. ce. 13. et dictum celum habere aiam nisi pp appetitũ exñtem in eo: ꝛ motũ localem:
74. com. appetitus autem qui est in hoc corpe non est nisi qz est corp⁹ celeſte vnuz
per se appetens per se: non propter potentiam exñtẽ in eo diuisibilẽ p ei⁹
diuisionẽ: esset enim generabile et corruptibile. ¶ Et dicitur esse motũ per
principium separatuz quod est in eo: nõ per principium quod ẽ ps in eo. ꝛ

UVA. BHSC. IyR_117

hoc modo dicit viuũ ⁊ intelligens. ¶Et si est intelligens per partem in eo nõ esset intelligens per se: ⁊ esset simile homini in hoc q̃ homo est viuens ⁊ appetens ⁊ mouens in loco. ¶Et vlr qz declaratũ est actionem istius corporis esse eternã: declarabitur formã eius non existere per suũ subiectum: ⁊ suum subiectũ esse simplex nõ compositum ex materia ⁊ forma: qm̃ si ita esset: esset generabile ⁊ corruptibile. ¶Et qõ dñt incipientes phari q̃ anime istorum corporũ celestiũ sunt forme in materijs. s. que in mã acqrunt eternitatẽ ex formis imãlibus nihil est: cõuenit. n. q̃ illud qõ nõ hz nãm essendi eternũ acqrat eternitatẽ ab alio: ⁊ totũ hoc est impoſe. Natura. n. gnabilis ⁊ corruptibilis nõ recipit eternitatẽ ab alio. ¶Et hoc est manifestũ ei q̃ cõsiderat fundamẽta Ari. Declaratũ est. n. ex hoc sermone q̃ est sõa celi: ⁊ hoc qõ fuit hic dictũ: quẽadmodũ. n. inuenit̃ pbatũ ab Ari. in suis lib. ⁊ quẽad modũ sequitur ex suis dictis. ¶Sed apparet ex verbis Ari. q̃ iam declarauit omnia ista in lib. qui non peruenerũt ad nos. Uocetur ergo iste tractatus sermo de substãtia orbis. Dignius em̃ est hoc nomine. Intituletur igitur hoc titulo.

¶Erscrutãdũ est de nã corporis celestis: ⁊ qd intelligunt cum dicũt ipsum esse simplex ⁊ nõ cõpositũ ⁊ ipsuz esse neqz graue neqz leue. ¶Dicamus igitur q̃ illud corpus nõ cõponit̃ ex mã ⁊ forma sicut gnabilia ⁊ corruptibilia cõponunt̃: nulla em̃ potentia est in eo oĩno: omne. n. in quo est potentia nõ est potẽtia nisi ad duo cõtradictoria. s. potentia que est in substãtia. ¶Et manifestũ est etiam q̃ forma qua mouet̃ nõ est generis formaruz quatuor elementorũ: quoniã si esset aliquid esset graue aut leue ⁊ moueret per se: ⁊ etiã per accidens vt declaratũ est in. 8. phyſi. remanet igitur vt in natura eius sit generis nature anime. ¶Sed quãdo nos inspexerim⁹ animas que sunt hic. inuenimus in eis duo principia duorum motuum: quoz alterum est principiuz motus recti. s. motus ad infera aut superius. ⁊ ſm principium est motus localis progressiuus: ⁊ inuenimus motum istuz esse cõtrariũ motui declinationis essentialis qui est in eo: ⁊ ideo accidit ei felsi tudo ⁊ cogitur ad qẽtẽ. Uñ necesse est vt principium mot⁹ celestis corpis sit generis aie tm̃: ⁊ q̃ motus quẽ hz circulr sit mot⁹ ppzie aie ſm q̃ est aia ⁊ cũ ita sit sequitur q̃ illa natura sit que facit ipsuz esse corpus: neqz graue neqz leue ⁊ moueri circulariter. ¶Et anime q̃ est hoc contingit non moueri circulariter: nisi qz constituitur per corpus quod mouetur motu recto: et sic componitur declinatio hic: sed quia anima que est in corpore celesti nõ est innata moueri circulariter ab eo qõ est innatum circulariter moueri: et non est anima in eo vt in corpore graui ⁊ leui: sed ipsum mouetur ex se: et ab anima: ergo animam hꝫ tm̃: ⁊ non hꝫ aliud principium. ⁊ qz mouetur circulariter scimus q̃ propium illius anime ſm q̃ anima est mouere circulariter. natura igitur istius corporis non est nisi nã anime mouentis in loco. ¶Sed qz natura corporis est alia a natura anime: quia est compositum ⁊ necesse est mouens ⁊ motum esse diuersa: necesse est considerare de natura illius corporis: ⁊ qz declaratum est hoc corpus esse ingenerabile ⁊ incorruptibile: apparet q̃ est necesse vt sit corpus simplex non cõpositũ ex materia ⁊ forma: qz est individuum demonstratum: ⁊ ens demonstratum in actu: ⁊ habens vnam figuram in actu: ⁊ omnia ista sunt in corpore p materiam: ⁊ sunt in materia per formam necesse est vt hoc corpus celeste sit materia animalium celestium que mouẽtur circulariter ex se: ⁊ vt sit perfectius modis ceteris materie: non enim est in eo de potentijs nisi tantum potentia in loco: ⁊ ex motu locali a nobilius omnium. s. circularis: quem

O 8. phyſi. 31.

p Mot⁹ aie ẽ circulis Jõ. 1. de aia. 14. ⁊ 2. celi. 71. ⁊. 6.

Quodfat aia ce. ⁊ aia istoꝝ iferior i motu. Uide pro hoc. 3. de aia. 55. a. Uide p hoc. 1. ce. ⁊ c. 12. ⁊ 2. ce. 12. 23.

UVA. BHSC. IyR_117

a 35.4.40 admodum habet nobilissimaz ꝛ perfectissimam figuram: scilicet sphericaz.
b Vide p hoc. 3. de aia. 49. ꝛ 54. 7. 12. me. cõ. 36. ¶Et qz declaratum est de formis celestibus ipsas non habere constitutionem per corpora celestia: nam si haberent tunc mouerentur ex se per accidens: ꝛ indigerent ex se motu proprio ꝛ essentialiter. Declaratuz est enim. 8. in octauo phy. a qz mota ex se que sunt hic vna essentia in specie reducuntur necessario ad mouens ex se essentialiter ꝛ motũ: ꝛ qz sit compositum ex q̃ Celũ re cti⁹ dr̃ sbz ꝗ mã. Jõ. 8. me. cõ. 12. vno mouente ꝛ vno motu primo: ꝛ qz illud mouens non sit potentia in corpore omnino. ¶Et ideo videtur qz forme corporuz celestium ꝛ maxime forma corporis vltimi continentis sit quodãmodo anima: scilicet propter appetitum existentem in eis: ꝛ mouere: ꝛ est quodammodo intellect⁹ ꝛ est forma simpler per quam animal celeste cõponitur ex vno mouente ꝛ vno modo Corpace lestia nõ i digẽt sẽsu corpus autez celeste est. q. materia istius forme abstracte ꝛ est materia existens in actu: ꝛ ideo non assimilatur materie nisi in hoc tantuz: qz est materia fixa ad recipiendum formã. c ꝛ ideo dignius dicitur subiectũ ꝗ materia. Materia enim que est hic dicitur materia: qz est in potentia forma in ea fixa: ꝛ dicitur subiectũ: qz fixa est forme: ꝛ sit cõpositum ex materia ꝛ forma. ¶ d Et videt qz corpus celeste nõ est necessariuz in suo eẽ forma: sicut sp aiaz sẽ sibilem et imagina- tiuã. 3. de aia. 59 60. 61. 36. 2. 8 aia 15. 2. 62. est dispositio de corporibus animaliũ que sunt hic. in animalib⁹ autẽ que sunt videtur qz anime eoruz sunt necessarie in esse eorum corporuz: ꝛ qz nõ saluarentur animalia nisi per sensibilẽ animaz ꝛ imaginatiuã: corpus autem celeste qõ est simpler: ꝛ non transmutabile ab aliquo extrinseco: nõ indiget in suo esse anima sensibili neqz imaginatiua: sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper ꝛ virtute que non sit corpus neqz in corpore ad largiendum ipsi permanentiam eternã a motum eternum: ꝛ qõ non habet principiũ neqz finez. ¶Et debes scire qz istud corpus celeste nõ indiget virtute mouẽte in loco semper tantuz sed largiẽte virtute in se: ꝛ in sua sba permanentiaz eternã: qm̃ ꝛ si sim̃pler sit nõ habet potẽtiaz in se ad corruptionẽ: nec est finite actionis necessario: qz est finitarũ dimensionuz ꝛ finite terminatarũ superficie cõtinente ipsuz: ꝛ omne tale cũ intellectus posuerit ipsum existens per se absqz eo qz aliud largiatur ipsi permanentia ꝛ eternitate. necesse est vt ita sit de finitate f sue permanentie sicut est de finitate p⁹ ad largsue actionis: ꝛ ideo necesse est in intellectu esse potentiam largientem ipsi permanentiam eternem: quẽadmodum largitur ipsi motum proprium eternum: ꝛ non hoc tantum: sed necesse est hoc esse virtutem que largitur ei motum proprium: g sue actionem que est eternitas inter ceteros motus loci totus mundus: nulla eñ differẽtia est inter indigẽtiam virtutis actue in corpore: ꝛ in omni corpore simplici: aut in vno corpore cõposito ex corporibus simplicibus huius: ꝛ indifferenter sive illud corpus fuerit generatum. ¶Unde videmus celũ habere vnam virtutez: nõ tantũ mouentem omnia: sed agẽtem ꝛ conseruantem: sicut est dispositio in mediate dixit: qz celum est simpler: ꝛ non habet potentiam ad corruptionẽ. g Celum de se habet finitatem sue actionis. consimile. 12. met. 4. 1. cõ. sed vt de oppositũ. 3. ca. de substantia orbis vbi dicitur qz celum recipit actionem infinitam ꝛc.

UVA. BHSC. IyR_117

corpore hois: et in corpore facto pp finem proprium. Finis a enim significat agens significatione necessaria: sicut motum significat mouens. ¶ Sed in genere agentium b quoddam est prius tempore acto: et est omne quod fit in sphera istius mundi est istius agentis et acti. ¶ Quoddam est prius naturaliter, et tempore: et est orbis quem sequitur tempus et cui accidit et agēs orbem. s. faciens ipsum in dispōnibus necessarijs in inueniendo finem pp quem fuit. ¶ Et cum c ignorauerunt hoc quidam de opinione Arist. dixerunt ipm non dicere causam agentem: sed causam mouentem tantum: et illd fuit valde absurdum: et non est dubium in hoc: quod agens ipsum esse mouens ipsum. quod enim mouet ipm motu proprio illi est illud quod largitur illi primo dispositiones: per quas acquirit motum proprium: et illa virtus est illa quam laudat Arist. in multis locis sui lib. de celo et mundo. d et iudicat ipsam esse nobiliorem celo et altiorem. ¶ Et iam induxit nos amor explanādi hic facere digressionem a principali. s. declaratione corporis celestis qd est de celo tanquam corpus de animali. ¶ Dicamus igitur quod corpus celeste cōmunicat cum corporibus generabilibus et corruptibilibus in hoc: quod est ex tribus dimensionibus scilicet substantia recipiens dimensionibus: et quod vtraque substantia non est sine dimensionibus. ¶ Sed inuenimus substantiam deferentem dimensiones: et dimensiones in corpore generabili et corruptibili: vel corporibus generabilibus et corruptibilibus easdem numero in potentia non easdem in actu scilicet quod dimensiones omnes communes omnibus corporibus generabilibus et corruptibilibus sunt eodem modo in potentia: et inuenimus idem corpus transferri de forma in formam: et ex dimensionibus alias in actu. Verbi gratia. quod corpus quod est aer transfertur in corpus quod est ignis. ¶ Si igitur hoc corpus quod est commune forme aeris et ignis esset idem numero in actu: tunc forma esset accidens et si esset in vno in actu: et transmutaretur vnum in alterum: necesse esset corporeitatem destrui de corpore corrupto ad non corpus: et corporeitatem generatam generari ex non corpore: vnde necesse est eas habere nām corporalem sibi communem. Querendum est igitur vtrum illa sit vna aut plures: et si vna vtrum sit vna potentia aut actu. et si plures similiter cogimur igitur ponere vnam potentiam et plures potentias. ¶ Declarabitur igitur sm hoc quod corpora que sunt hic generabilia et corruptibilia ipsa componi ex substantia que est potentia: et dimensionibus existētibus in ea que sunt in potentia: et etiam quod illud corpus quod est vnum potentia et multa in potentia. et cum erit in actu erit mā in actu. Unde dicit Arist. quod mā non habet esse in actu nisi sm quod videtur quemadmodum forma non habet esse in actu nisi sm quod intelligitur. Corpus vero celeste quod non transmutatur ad ipm necesse est componi ex substantia in actu et dimensionibus in actu: et ideo est ingenerabile et incorruptibile. ¶ Et cum ita sit corpus celeste est mā recipiens formam celi hoc modo qui declaratus est de hac materia scilicet de eius conuenientia cum mā generabili et corruptibili in aliquo: et diuersitate eius ab ea in aliquo: et vtraque etiam est mā sm quod videtur. ¶ Et similiter etiam sm quod inuenitur in eis potentia ad motum in loco: et in corpore celesti non est potentia ad transmutationem: et substantie existentes in substantijs existentibus in corpore celesti non sunt potentia ad transmutationem: et substantie existentes in substantijs existentibus in corpore generabili et corruptibili. ¶ Et similiter est in corpore celesti. Declaratū est de eis eas esse cōuenientes cū formis generabilibus et corruptibilibus in aliquo: et in aliquo differētes ab eis: et ex hoc mō id qd cōgregat hoc ex aīa et corpore dr animal: cū hoc quod illud qd cōgregat illic ex corpore: et aīa dr nō equoce

a Finis significat agēs significatione necessaria.
b Agētiū qddam est prius tpe acto qddā vo ē pus nālr et tpe alia lra. 6 cōmen. hz qddam est pus nālr: et nō tpe. vide cōsimile. 1. ce. 15. et 16.
c Iste error fuit zabiorum sapientum. 12. meta. cōme. 41.
d pmo celi. 20. et secūdo celi. 37. 62. 66
T 12. me. tex. 2. 1. 4

UVA. BHSC. IyR_117

alal: sed ſm prius ⁊ posteri⁹. Et ideo necesse est in talib⁹ naturis vt pri⁹ sit causa posterioris: vt dictū est de hac natura alibi. U. g. illa q̄ dicunt talia: sed diuersant ſm magis ⁊ min⁹. Cum igit celū cōponit ex materia ⁊ forma: sicut est dispō in alialib⁹ q̄ sunt hic declaratū est. ¶ Ampli⁹ in quo cōuenit forma istox cū formis illox: ⁊ in quo differunt ⁊ in quo differt vltim⁹ motor istox ab vltimo motore illorū. Remanet igit cōsiderare in quo differūt hec duo gña de accidētibus: ⁊ in quo cōueniūt. ¶ Differūt em in materia passiua qua dicit alteratio: ⁊ cōueniūt ſm accidētia: ſm que nō trāsmutant ſbam: hec em alteratio ſm quā trāsmutat ſba alteratī videt esse ꝓpria corpib⁹ quox ſbe admiscent potētie: ⁊ sunt corpa gñabilia ⁊ corruptibilia. ¶ Accidētia ẏo q̄ nō trāsmutāt ſbam deferētis sunt cōmunia vtriq; corpi. ⁊ primū istox est mot⁹ localis: ⁊ diaphanitates ⁊ qualitates q̄ sequunt ista scz raritas ⁊ densitas: videt em fere q⁹ raritas ⁊ dēsitas sunt causę diaphanitatis: ⁊ nō diaphanitatis: sed tñ dicunt vtreq; in vtroq; corpe ſm prius ⁊ posteri⁹: sicut dicit corporeitas. ¶ Et similiter cōueniūt in luminatiōe et obscuritate. sed hic magis vident dici esse equiuoce q̄ſ ſm prius ⁊ posteri⁹ lux em videt fieri hic in hoc corpore igneo diaphano simplici q̄ſ in cōcauo orbis lune: qñ agit in corpore denso ⁊ admiscet cū eo: ⁊ ideo videt q⁹ cā illuminationis partū corporis celestis. ſ. stellax est densitas illius partis diaphane in actu ex orbe: ⁊ hoc apparet in stellis: q⁹ eclypsant se adinuicē: ⁊ hoc apparet in luna: ⁊ cū ita sit stellarū ⁊ ſba celi est eadē natura ſm q⁹ oēs antiqui dicūt: vt narrauit Arist. in lib. de ce. ⁊ mū. ⁊ corp⁹ celeste ſm hoc est diaphanū per se in actu cōtrario corporib⁹ diaphanis q̄ sunt hic q̄ sunt diaphana in actu apud p̄sentiā lucis: ⁊ partes diuersant in hoc in diaphanitate ⁊ nō diaphanitate: ita q⁹ in eis sit aliquid simile colori sicut i galaxia. ¶ Et q⁹ luna videtur esse dēsa ⁊ obscura ⁊ recipiēs lumē ab alio scilz a sole: ⁊ in lib. de animalib⁹ dixit Arist. q⁹ nā eius est vnigenes nature terre plus q̄ſ ceteraꝝ stellaꝝ: ⁊ forte corpora celestia diuersant i densitate ⁊ raritate que sunt causa illuminationis ⁊ obscuritatis: ꝛ hic non inuenit̄ nisi in luna tantū. ſm hoc igitur est intelligendū vt mihi videt dispositio ⁊ illuminatio corporū celestiū. ¶ Et accidentiū conuenientiū corpori celesti ⁊ generabilibus ⁊ corruptibilibus est calefacere. ⁊ Arist. dicit q⁹ corpora celestia non calefaciūt ſm q⁹ sunt calida: sed ſm velocitatē motus: et ratiocinat in hoc ex hoc q⁹ accidit in sagitta directa. ⁊ dicit in metaphy. q⁹ non sequit vt fiat accidēs ex sibi simili: neq; in genere: neq; in specie: sicut sequit in qualitatibus que sunt ſbe. ¶ Et expositores dant ſcḋam causam scilz illuminationē: dicunt em q⁹ lux in eo q⁹ est lux videt calefacere qñ reflectitur: ⁊ dicunt q⁹ nō est de accidētibus propīs igni: sed de accidētibus cōmunib⁹ igni ⁊ corpori celesti. ¶ Et forte dicēdū est ad hoc q⁹ nō est remotum vt calor dicat in eis equiuoce per hoc signū. ſ. q⁹ actio corū diuersatur: calor enim ignis corrūpit ⁊ destruit entia et maxime ignis illuminātis: calor ẏo corporū celestiū largitur vitam vegetabilē sensibilem ⁊ animalem: et ſm hoc calor erit duobus modis: calor qui est de⁹ qualitatibus passiuis que transmutant ſbam tiā in qua sunt: ⁊ calor qui non est de qualitatibus passiuis sicut est dispositio in diaphanitate ⁊ non diaphanitate scilz q⁹ quedā sequitur qualitatem passiuā: ⁊ quedā non. ¶ Considerantes autem atciones stellarum in antiquo tēpore vere dicunt q⁹ quedā largiūtur. caliditatem ⁊ siccitatem: quedā caliditatē ⁊ humiditatē: quedā frigiditatem ⁊ siccitatem: et quedā frigiditatē ⁊ humiditatem. ⁊ sic. iiij. qualitates cōmunes corporib⁹ celestibus ⁊ .iiij. elementis dicuntur equiuoce: aut ſm prius et posterius. Et forte corpora celestia largiuntur calorem licet non

Vide de maculalu ne. 2. cō. 49. ꝛc.

x 2. ce. 42. ⁊ 3. meteo.

y

UVA. BHSC. IyR_117

sint calida in se: non em sequit vtoe faciēs aliqō accidēs disponatur per illud. V. g. qm non omne qō mouet dz moueri: neq; oe qō nigrificat dz esse nigrū: ⁊ hoc apparet etiā ex hoc q; si alteratū esset ex alterato: ⁊ calidū ex calido: tunc procederetur in infinitū ⁊ non inueniretur primū alterans: sicut sequitur in motu: et; necesse est igitur peruenire ad alterās non alteratum: sicut admouens non motum: sed differunt: qz mouens in loco nō peruenit ad aliqō mouens nō motū in loco: sz fm totum motum ex se mouens aliud in alterationibus aūt peruenire potest in alterans per aliquam dispōnem in eo q; non habet causam: et ista sunt corpora celestia. Sed illa dispositio que est in eis forte est ex genere eius qō agit in aliud. et forte non. V. g. q; calefactio quam facit in inferioribus est ex natura neq; calida neq; frigida sicut motus eius est a natura neq; graui neq; leui: ⁊ hoc est magis qō appetit ēē apparet: quia ille quatuor qualitates sūt actiue et passiue ab alijs necesse est peruenire ad qualitates actiuas ⁊ passiuas: ⁊ apparentius est ⁊ dignius vt iste q ne sunt hic non reducantur ad qualitates que sunt sui generis: ⁊ si ponant: debent dici fm primas ⁊ posterius. sequeretur enim vt de genere qualitatum passiuarum sit aliquod non passiuū qō est remotū. Apparet igitur ex hoc q; ignis non est primum calefaciens: quia est passiuus: sed necesse est vt primū calefaciens calefaciat per qualitatem non passiuā: sicut primū mouens non mouet per dispositionem non mobilem. 3

A

Data declaratum est corpa celestia cōponi ex mouente ⁊ moto: ⁊ motore in eis est non corpus sicut est dispositio de ceteris motis ex se: ⁊ hoc in vlt. octaui phys. in quo declarat ū est q; motus quo mouetur hoc corpus est eternus ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ qz hoc declaratū fuit illic q; istud mouens nō est virtus in corpe sicut est in alijs. s. q; mouētia ipsa sunt virtutes in corporibus. ¶ Et hoc fuit declaratū ponendo duas ppositiones: quarum vna est q; ois virtus in materia est finite motionis. altera autem est q; virtus que est infinita in corpore celesti est infinite motionis. Ex quibus cōcluditur q; virtus que est in corpore celesti non est in materia. ¶ Propositio autez dicens q; virtus que est in corpore celesti est infinite motionis: declaratur in. 8. phy. per eternitatem motus ⁊ tpis. ¶ Dicens vero q; ois virtus que est in materia est finita: est manifesta per hoc q; omnis virtus in corpe. s. virtus corporalis materialis videtur diuidi per diuisionem corporis fm paucitatem et multitudinem. Si igitur omne corpus est finitum vt declaratum est in. 7. phys. impossibile est virtutem infinitā esse in corpore finito. ⁊ hoc manifestum est per inductionem. ¶ Et Aris. laborauit in octauo ad declarandum hoc ex fundamentis declaratis ab ipso. scz q; ois motus est in tempore. ex quo intulit q; si virtus infinita esset in corpore finito cōtingeret istud moueri per illam in non tempore. corpora enim non excedunt se in velocitate ⁊ tarditate nisi in excessu eorum in virtutibus motuum materialibus ⁊ excessus virtutum sequitur excessum corporum scilicet q; corp⁹ cuius virtus est maior: est velocioris motus. ¶ Ex quo sequitur q; si aliquod corp⁹ habuerit virtutem infinitam vt moueatur in non tempore: sed declaratus est omnem motum esse in tempore. Nam in omni motu est prius et posterius que sunt in tempore. ¶ Et cum ita sit ⁊ est declaratum q; corpus celi componitur ex motore ⁊ moto: ⁊ q; iste motor non constituitur per rem motam neq; existit in ea: sed est absolutus ab omni materia: querendum est de hoc quod mouetur ab eo. s. corpore celesti: vtrum sit compositum ex materia et forma: sicut dispositio corporum que mouentur apud nos ex se a primo motore qui est in eis scilicet corporum animalium que mouentur

A 78. 479.

B 3. phys. a. tex. 2. 24 vsq; i fine 4. physi. 129. 6. phy. 29. 3c. 36.

C

Questio.

UVA. BHSC. IyR_117

ab anima: aut est simplex ⁊ non est in eo potētia oia scilz forma a qua proueniat actio: preter formā mouentem que non constituit per ipsam. f. per formam que largitur ei motum continuum scilz mouere infinitum. ¶ Dicamus ergo q̄ si fuerit concessum q̄ omnis virtus in materia est finita. nulla differentia est in hoc inter hoc q̄ sit actiua ⁊ passiua; scilz receptiua. Si igitur corpus celeste recipit mouere infinitum: vt declaratum est: necesse est vt non sit compositum ex materia ⁊ forma: ⁊ vt sit simplex scilicet subiectum simplex primo motori qui est forma ipsius. omne enim compositum ex materia ⁊ forma est finite receptionis sicut finite motionis in aliud. Est igitur proprium isti moto ex se q̄ est corpus celeste hoc scilicet q̄ motor ipsius non est in materia: ⁊ q̄ illud quod mouetur ab eo est simplex non compositum: ⁊ sicut intendimus verificare propositionem in qua posuimus q̄ omnis virtus in corpore ⁊ suum mouere est finitum: ⁊ suum moueri est etiam finitum: ita si concesserimus q̄ in corpore celesti est virtus finita alia a virtute motiua que non est in eo nec constituitur per ipsum. Verbi gratia virtus per quam dicitur habere ad motum circularem sicut grauia et leuia ad motum rectum per suam formam dispositionem siue declarationem: de qua dicitur esse: neq; graue neq; leue: licet ista virtus sit in materia. Et q̄ illud quod congregatur ex materia ⁊ ipsa sit corpus; celeste sicut dicit Auicē. contingit necessario vt in eterno sit posse ad corruptionem absq; eo q̄ corrumpatur quod destruitur in vltimo primi tractatus ce. ⁊ mū. esse igitur necessarium non est nisi duobus modis necessarium scilicet ex se ⁊ necessarium ex alio ⁊ possibile ex se: sicut potest aliquis existimare in corpore celesti scilz ipsum habere virtutem finitam ⁊ acquirere necessitatez a virtute infinita separata a materia: vt opinatur Aui. ⁊ existimatur esse opinio. Alexan. in quibusdam suis tractatibus: ⁊ super hoc fundauit Aui. suā declarationem de primo principio esse sine declaratione eius quod est motum eternum esse: ⁊ est declaratio fundata super propositiones instabiles sicut tu vides. Sed est questio de hoc quod dicit Arist. in lib. de celo ⁊ mū. scilz q̄ virtutes corporum celestium sunt finite actionis: quia corpora celestia sunt finite quantitatis: ⁊ ex hac propositione declarauit q̄ corpora celestia sunt finite quantitatis: ⁊ dedit causam in hoc q̄ corporum celestium quedā muuent vnam stellā: quedā plures: ⁊ dixit q̄ si stelle que sunt in orbe stellarū fixarum essent minores aut maiores non possent mouere eas. vt ⁊ declarauit illic. vt q̄ si virtutes que sunt in corporibus celestibus essent in calefacere ⁊ mouere vt infinite mouerent corpa q̄ sunt apud nos in instanti: ⁊ hoc facit existimare q̄ in corporibus celestibus sunt virtutes actiue finite. ¶ Et ad hoc dicamus breuiter q̄ infinitū dicitur duob⁹ modis. ¶ Quorū vnus est virtus infinite actionis ⁊ passionis in tēpore: ⁊ est finita in se. f. in velocitate ⁊ vigore. ¶ Scōs est virtus infinite actionis ⁊ passionis in se: virtus autem infinita in actione sua aut passione non existit in corpore: siue fuerit celeste siue generabile ⁊ corruptibile: hoc enī non accidit corpori nisi p̄m q̄ est corpus infinitū: ⁊ ideo orbes mouent ⁊ mouētur: in tēpore: virtutes vero infinite in actione ⁊ passione in tempore esse necessarium est in corporib⁹ celestibus. passione autē q̄ simplicia sunt simplicia. actione vero: quia sue forme non constituunt per suum p̄m: ⁊ virtūs est impossibile in corporib⁹ gñabilibus ⁊ corruptibilibus: q̄ sunt cōposita ex materia ⁊ forma. Infinitū igit̄ esse in vigore: cuius causa est corp⁹ p̄m q̄ est corp⁹ impossibile est in corporib⁹ siue celestib⁹ siue alijs infinitū esse. Infinitū vero in tpe est necesse esse in corporib⁹ celestib⁹ ex diuersitate motoris ⁊ moti in eis a corporib⁹ gñabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹: ⁊ est impossibile

Solutio.

D

E

pmo ce. a 124. vsq; in finem.

F

Dubium. 2. celi. 39.

G

Solo. pq̄ vide ēt. 2. ce. 39. 12. me. 41. et 2. celi. 71

UVA. BHSC. IyR_117

in corporibus gñabilibus ⁊ corruptibilibus: quare virtutes eorū motiue sunt materiales: ⁊ corpa sua q̄ mouētur abjcis cōponūtur ex materia ⁊ forma. ¶Corpa igit celestia ⁊ gñabilia ⁊ corruptibilia quemūt in hoc q̄ actio ⁊ passio exīs in eis sunt finite in se: ⁊ p hoc mouent in tpe: ⁊ q̄dā sunt velocia quibusdā cū hoc q̄ virtutes eor motiue nō sunt materiales: qz recipiūt ex mō illo receptionē finitā in tpe nō receptiōe infinita: ⁊ nō sequit ex hoc q̄ in corpe celesti est virtus finita in ipa actiōe ⁊ passiōe: vt in eo sit virtus finita in tpe: neq; sequit ex hoc q̄ sit virtus finite actōis ⁊ passiōis vt sit corpus possibile vt corrūpat: aut vt sit cōpositū ex materia ⁊ forma. Possibilitas em nō dz esse nisi ex hoc q̄ virtꝰ finita in tpe sit ⁊ sit ppositū. ¶Et est manifestū q̄ si posuerimꝰ corpus celeste cōponi ex materia ⁊ forma: sequit in ipso esse virtutē finite actionis ⁊ passionis in tpe. ¶Et est manifestum q̄ si in corpore cōposito ex materia ⁊ forma esset virtus infinita in tē pore: sequeret in ipso esse virtutē infinitam in ipsa actiōe aut passione: vnde impossibile q̄ Arī. intulit ex posse virtutū quibus mouent corpora celestia in tpe. ¶Et est manifestū q̄ nō sequit etiā ex hoc q̄ corpus recipit passionem finitā in se nō in tpe: aut recipit actionē finitaz in se infinitā in tpe vt sit cōpositum ex materia ⁊ forma: sicut sequitur hoc q̄ actio ⁊ passio eius fuerit finita in tpe. Primuz em cōtingit ei scdz q̄ est corpus tantum. Secūdum aūt hm qđ est corpus est cōposituz. ¶Modus ergo deceptiōis in hac questiōe est qđ fecit Arī. putari cōtradicere sibi est equiuocatio istorū duorum nominū finitū ⁊ infinitū: qm cū nō distinguit finitas ⁊ infinitas contingētes in tpe a finitate ⁊ infinitate cōtingentiꝰ ex actione ⁊ passione cōtingit ista ambiguitas. ¶Et ex hac finitate in qua cōueniūt corpa celestia ⁊ materialia declarauit arī. vniuersaliꝫ corpꝰ oē esse finitū ex finitate accidentis corpi ex hoc qđ est ex materia ⁊ forma: ⁊ ex hoc absciduntur dubitationes cōtra Arī. ¶Et pōt aliquis dicere qđ cuz omne corpus agit per aliquid ⁊ patitur per aliud. necesse est vt omne corpus sit compositum ex materia ⁊ forma. ¶Et ad hoc dicamus hoc esse verum. s. q̄ corporum quoddā est compositū: ita q̄ forma non cōstituitur per materiā: ⁊ ita q̄ materia est subiectum tantū: ⁊ non materia cuius esse sit in potentia. s. corpus celeste: ⁊ quoddā est compositū ex materia que est in potentia: ⁊ forma que constituitur per materiā. s. corpora generabilia ⁊ corruptibilia. ¶Et a ex hoc videtur q̄ corpus dicitur de eis equiuoce: ⁊ q̄ eternum ⁊ non eternum nō communicāt in aliquo omnino. ¶Et ex hoc apparet etiaz q̄ corpus celeste non datur ei subiectum nisi propter motum localem tm̄: corporibus autē generabilibus ⁊ corruptibilibus datur materia propter generationem et corruptionem: forma b autem datur eis propter actionem. ¶Sed. differūt quia in altero est infinita in tempore: ⁊ in altero finita: ⁊ ideo illa sunt non materialia: ⁊ ista sunt materialia. Sm hoc igitur debet intelligi hec q̄stio quam ignorauī diu ante longam perscrutationem.

Celū est bz tm̄ ñ mā. Jō. 8. c. 2. ⁊. 8. me. 2. 12. ⁊. 2. 92 pmi de ce. ⁊ vbi op positū. 9. meta. 17. a Corp equoce dr̄ ō eterno ⁊ ō istis. Jō 10. meta. cō. vltio. b Forma dat pp ac ⁊ tionē. Jō 3. ph. 17. ⁊ de gener. 52. ⁊. 9. meta. 20.

Um declaratum est ab Arist. q̄ motus celi est primus motus: et ex hoc fuit declaratum q̄ motus est in moto: sequitur ex hoc vt hoc qđ mouet hoc motu sit eternum. ¶Si enim esset generabile ⁊ corruptibile: tunc motus eius non esset primus motus: et cum cōsideraūt res posles in motu eius: ⁊ quiete: fuit necesse etiā ꝓpter hoc q̄ motꝰ eius esset motꝰ primus ante omnē motū aliū vt motus eius sit eternus. ¶Et cū declarauit ista. s. h'oc corpus esse eternum et motum perscrutabaī primo de motu celi: ⁊ inuenit istū motum a virtute neq; grani neq; leui: ⁊ q̄ omnis virtus gravis aut le-

UVA. BHSC. IyR_117

nis existit in corpore gñabili ⁊ corruptibili: ⁊ in natura generabili ⁊ corruptibili: aut anima si fuerit cū hac materia: necesse fuit vt hec virtus q̄ neqꝫ leuis neqꝫ grauis sit in corpore simplici: ⁊ ipsam nō habere subiectum aut contrariū: ⁊ vt sit anima necessario non admixta materie: sed anima corporis eternitatis ita vt ista anima non sit abstracta a corpore suo: ⁊ cū hoc separata ab ipso inqꝫtū istud corpus non indiget ipsa: q̄ est permanens p se: sicut est dispositio de animalibus que sunt cum virtutibus naturalibus: ⁊ vt illa anima sit i eo: naꝫ omne motum ex se mouetur per virtutem existentem in eo. ¶ Et cum considerauit in istis virtutibus declaratum fuit ipi ipsam

M sam esse virtutem appetitiuam de virtutibus anime tm̄. Et cū considera-

Ui.7.me. uit de istis virtutibus appetitiuis celestibus inuenit eas moueri ad appe-

36.7.144. tibile nobilius ipsis. Et cum considerauit virtutibus appetitiuis celestibus inuenit eas esse finitarum potentiarū. ¶ Et cum considerauerit in continuatione motus eoꝝ fuit declaratum q̄ causa continuationis motus earum non est ista virtus qua mouetur: sed illud quod largitur eis cōtinuationē est aliquid appetibile. Et cōtinuatio nō prouenit nisi a motore nō moto: sequitur q̄ istud mouens neqꝫ est corpus neqꝫ potētia in corpore: et q̄ est intelligentia abstracta. qd̄ etiā declaratū est in lib. de anima. s. q̄ omne quod est tale: est intelligentia abstracta: ⁊ q̄ istud corpus celeste intelligit hanc intelligentiam. Intelligere enim transmutat ipsum appetere ad

12.me.cō. 41.

N illud: ⁊ considerauit etiam de causa eternitatis celi.

T.c.124. ¶ Et declarauit in vltimo primi ce. ⁊ mun. in eo nō existere potentiā omnino: ⁊ declarauit etiāꝫ de virtute qua mouetur celum localiter. s. anima ap-

infra antea. petitiua ipsam nō habere materiā nisi materiā que est in potentia in loco tm̄. Cum igitur sciuit has tres cās compleuit sciam de celo. ¶ Et est decla-

2.c.t.c.71 ratum ex hoc toto: quod dixit in lib. ce. et mun. s. q̄ si in celo essent plures stelle: aut maiores cessarēt mot⁹ ei⁹: aut minores: et sic cessaret continuatio motus: motus enim est necessarius in continuatione ⁊ fuit declaratū in omnibus istis quod dator continuationis motus est dator motus celi: et nisi ipse esset destrueretur motus: et sic motus et celum: celum enim est propter motum suum: ⁊ si motus celi destrueretur motus entium inferiorum destrueretur: ⁊ sic mundus: ex quo verificatur quod dator continua-

O tionis motui est dator esse omnibus alijs entibus. ¶ Demonstratio autē

78.7.79. qua vsus est in vltimo. 8. phy. s. i. quod virtus infinita non existit in corpore finito: siue fuerit materialis: siue non: plures induxit ad errorē: ⁊ multotiens locuti fuimus de dissolutione questionis contingentis in ea: ⁊ silr locuti fuimus de hoc quod contingit ex hoc q̄ primuꝫ motū ex se: ⁊ exalio est motuꝫ per accidens per naturam motoris sui: ⁊ hoc intendimus declarare: et est manifestum quod qui destruxit scientiam causarum illorū triū quesitorum q̄ non cōplebit in eo scientia celi.

Hic vr̄ velle corpa celestia eē diuersaꝝ spēꝝ: ꝫ vi P de opposi tū. 2. celi. 49.7.59 comē.

PErscrutandū est de hoc quod dicunt: q̄ corpus celeste est simplex: ⁊ est spirituale. Intendūt em̄ in ipso esse dimensiones non in materia: ⁊ ideo non recipit alterationem in qualitatibus: neqꝫ in substantia. ¶ Et est, sicut dixit Themistius q̄ sol ⁊ luna ⁊ alie stelle aut sunt forme. i. dimēsiones non in materia. i. corpora spiritualia. aut habent materiam equoce cum istis materijs. Nullus autem dubitat in hoc quod sunt corpora q̄ mouentur: et etiam nullus dubitat quod corpora non recipiunt alterationem ⁊ transmutationem in substantia: nisi q̄ sunt in materia: ⁊ ideo inuenitur in eis plusquā vnum numero: et sunt species: ⁊ genera: corpora igitur celestia sunt corpora absoluta a materia. ¶ Sed tamen fuit

UVA. BHSC. IyR_117

dubium de eis vtrum habeant materiam per potentiã que est in eis in vbi
Omnis enim potentia existit in materia. ¶Sed forte videtur q̃ ista mater
ria habet esse medium inter materiam, que est omnino in potentia: ⁊ inter
actum purum scz tres dimensiones: in quibus non est potentia omnino: ⁊
sic potentia habebit gradus ⁊ materia gradus: ⁊ per hanc potentiaz indi-
gent corpora celestia motore in quo non est potentia omnino. ¶Joannes
autem dedit questionem de qua plures considerantes non potuerunt eam
dere. Dixit enim: si mundus est finitus debet habere potentiam finitã: er-
go est generabilis ⁊ corruptibilis. ¶Et ad hoc dicendum est q̃ generatio ⁊
corruptio ⁊ omnis motus est a virtute que est habitus: ⁊ omne quod caret
causis motus necesse est habere quietẽ que est eius priuatio. ¶Et non est
impossibile existere in corpore quod caret motu quietez infinitã: licet cor
pus sit finitum: quies enim est priuatio: ⁊ priuatio non ẽ potentia. ¶Unde
dicit Ari. q̃ cum stelle carent causis motus quas habent corpora celestia:
de necessitate habent quietem infinitaz que est priuatio motus. ¶Et simi
liter dicit q̃ terra debet habere quietem infinitam que est priuatio motus
quia carent agente motum in ea infinituz. Et ideo dicit q̃ quies que est in
ea contingit necessario vt sit fortior virtute celi qua mouetur. Motus enim
super ipsam est: motus enim impossibilis est in eo qõ est quiescens cũ careat
causis motus: ⁊ hoc manifestuz est p̃se. ¶In celo igitur est priuatio infini
tã: licet sit finituz: cũ quies sit priuatio nõ virtus: sicut existimauerant qui
dixerunt q̃ quies est in eo per virtutẽ: immo necessariuz est per priuatio-
nez virtutis. ¶Et ideo videmus loquentes in hanc questionẽ dicere vtrũ
permanens permanere per se: aut per dispositionẽ additã illi: ⁊ est perma
nentiũ per se: quia permanentia est priuatio motus: ⁊ priuatio non accre-
dit ei: nisi quia caret agente motũ: ⁊ scias q̃ est questio ⁊ valde bona. Et
sic consummatus est libellus de substantia orbis ⁊c.

Mã celi ẽ media in ter puraz potẽtiam ⁊ actũ pu rum.

Q Uide p. h 8. phy. cõ 79. ⁊ .12. me. cõ. 4. R

S

¶Lugduni per Solertem virum Jacobum myt.
Anno salutifert partus. M. D. xxix.
Decimaoctaua Decembris.

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR_117

UVA. BHSC. IyR 117

ARISTOT.
I

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 117